Alit̃ simplices. alit̃ inpuri. Alit̃ incolomes. alit̃ aegri.
Alit̃ q̃ flagella metuunt. & pp̃tea innocent̃ uiuunt.
Alit̃ q̃ sic in iniquitate duruer̃. ut nec p flagella cor
rigantur. Alit̃ nimis taciti. alit̃ multiloq̃o uacã
tes. Alit̃ pigri. alit̃ p̃cipites. Alit̃ mãsueti. alit̃
iracu̅di. Alit̃ humiles. alit̃ elati. Alit̃ p̃tinaces.
alit̃ inco̅stantes. Alit̃ gule dediti. alit̃ abstine̅
tes. Alit̃ q̃ sua misericordit̃ tribuu̅t. alit̃ q̃ aliena ra

Alit̃ q̃ aliena rape̅ contend
u̅t. Alit̃ q̃ nec aliena rapi
unt nec sua largiunt̃.
Alit̃ q̃ et ea que hn̄t sua tribuunt.

pere nō desistunt· Aliter discordes.' alii pacati·
Aliī seminantes iurgia.' alii pacifici· Aliī ammo
nendi sunt q̄ sacrę legis uerba nō recte intelle
gunt.' alii q̄ recte q̄dē intellegūt.' sed humiliter
nō locūt· Aliī q̄ cū p̄dicare digne ualeāt p̄ hu
nimia
militate formidāt. alii q̄s a p̄dicatione inp̄fectio
uel etas p̄hibet.' & tam̄ p̄cipitatio inpellit· Ali
ī q̄ in hoc q̄d tp̄ralit̄ appetūt p̄sperantur.' alii q̄
q̄dē que mundi sunt cōcupiscunt. sed tam̄ ad uer
sitatis labore fatigantur· Aliī cōiugiis obliga
ti.' alii a coniugii nexib; liberi· Aliī ammix
tione carnis expti.' alii ignorantes· Aliī q̄ pec
cata de plorant opū. alii q̄ cogitationū· Aliter
q̄ cōmissa plangūt. nec tam̄ + plangūt· Aliī q̄ in + deserunt. alii qui deserunt. nec tam
licita que faciunt.' etiā laudāt· Aliī q̄ accusāt
praua.' nec tam̄ deuitant· Aliī q̄ repentina cō
cupiscentia sup̄ant.' atq; alii q̄ in culpa ex cōsilio ligant.
Aliter q̄ licet minima. crebro tam̄ inlicita faciunt.'
atq; alii q̄ se a paruis custodiūt. sed aliquādo in
grauib; demergūt· Aliī q̄ bona nec inchoant.'
alii q̄ inchoata minime cōsummant· Aliī q̄ ma
la occulte agunt.' & bona publice.' alii q̄ bona
que faciunt abscōdūt. & tam̄ q̄busdā factis
publice mala de se opinari p̄mittunt· Sed quid
utilitatis ē. q̄d cuncta hec collecta enumeratione
transcurrim; . si nō etiā ammonitionis modos p̄
singula quāta possum; breuitate pandamus.

xv Aliter igitur amonendi sunt uiri. atque aliter
feminę. Quia illis grauia. istis uero sunt iniungen
da leuiora. Ut illos magna exerceant. istas autem
lenia demulcendo conuertant. l xvi.
Aliter iuuenes. atque aliter senes. Quia illos ple
rumque seueritas ammonitionis ad prouectum dirigit.
istos uero ad meliora opera deprecatio blanda com
ponit. Scriptum quippe est. Seniorem ne increpaue
ris. sed obsecra ut patrem. l xvii.
Aliter inopes. atque aliter locupletes. Illis namque
offerre consolationis solatium contra tribulationem. i
stis uero inferre metum contra elationem debemus. Inopi
quippe a domino per prophetam dicitur. In esaya. Noli time
re quia non confunderis. Cui non longe post blan
diens dicit. Paupercula tempestate conuulsa. rursus
hanc consolatur dicens. Elegi te in camino paupe
tatis. At contra paulus dicit discipulo. Diuitibus
huius seculi precipe non superbe sapere. nec sperare in incer
to diuitiarum suarum. Ubi notandum ualde est. quod h
umilitatis doctor memoriam diuitum faciens. non ait
roga sed precipe. Quia et si inpendenda est pietas
infirmitati. honor tamen non debetur elationi. Ta
libus ergo rectum quod dicitur. Tanto rectius iubetur. quan
to et in rebus transitoriis altitudine cogitatio
nis intumescunt. De his in euangelio dominus dicit
Secundum Lucham. Uae uobis diuitibus qui habetis con
solationem uestram. Quia enim que sunt eterna

gaudia nesciunt. ex presentis uitę habundantia
cō solantur. Offerenda ē ḡ eis cō solatio quos
caminus paupertatis excoquit. Atque illis inferendus
ē timor. quos cō solatio glorię temporalis extollit.
Ut & illi discant. quę diuitias quas nō conspiciunt
possident. & isti cognoscant. quę eas quas cons
piciunt. tenere nequaquā possunt. Plerumque personarum ordinē permutat qualitas morum. ut sit diues
humilis. sit pauper elatus. Unde mox predicantis
lingua cū audientis debet uita cō poni.
Ut tanto districtius in paupere elationē feriat.
quanto eā nec inlata paupertas inclinat. Et tanto
lenius humilitatē diuitū mulceat. quanto eos
nec habundantia quę subleuat exaltat. Nō
numquā tamen etiā superbus diues exortationis blandimento placandus ē. quia & plerumque dura uulnera per
lenia fomenta mollescunt. Et furor insanorum sepe ad
salutē medico blandiente reducitur. Cumque eis in dulcedine cō descenditur. langor insanię mitigatur.
Neque enī neglegenter intuendū ē. quod cū saul spiritus
ad uersus inuaderet. apprehensa dauid cythara
eius uesaniā sedabat. Quid enī per saulē. nisi elatio potentium. quod per dauid innuitur. nisi humilis uita
sanctorum. Cū ḡ saul ab inmūdo spū arripitur. dauid canente eius uesania temperatur. Quia cū sensus potentium
per elationē in furorē uertitur. dignū ē ut ad salutē mentis quasi dulcedine cythare locutionis nostrę

tranquillitate reuocetur· Aliquando autē cum
hui⁹ sc̄li potentes arguimꝰ· pri⁹ p quasdā similitu
dines· uelut de alieno negotio reqrendi sun t·
& cū rectā sententiā quasi in alterū ꝓtulerint·
tūc modis cō gruentib⁹ de ꝓprio reatu ferien
di· ut mens temporali potentia tumida· cō
tra corripientē nequaquā se erigat· que suo
sibi iudicio supbię ceruicem calcat· & in nul
la sui defensione se exerceat· quā sententia ꝓprii
oris ligat· Hinc ē enī q̄d nathā ꝓpħa arguere
regē uenerat· & quasi de causa paupis cōtra
diuitē iudiciū querebat· Ut pri⁹ rex sententiā
diceret· & reatū suū postmodū audiret· Quatin⁹
nequaquā iustitię cōtra diceret· quā in se ipse ꝓ
tulisset· Uir itaq· scs̄· & peccatorē cō siderans &
regem· miro ordine audacē reū pri⁹ ꝯfessione
ligare studuit· & postmodū p inuectionē se
care· Celauit paululū quē quesiuit· sed pcus
sit repente quē tenuit· Pigri⁹ enī fortasse incide
ret· si ab ipso sermonis exordio apte culpā ferire
uoluisset· Sed pmissa similitudine· eā quā occul
tabat exacuit increpationē· Ad egrū medicus
uenerat· secādū uuln⁹ uidebat· sed de patientia
egri dubitabat· Abscōdit ġ ferrū medicinale
sub ueste· q̄d deductū subito fixit in uulnere·
Ut secātē gladiū sentiret eger ante quā cerneret·
Ne si ante cerneret· sentire recusaret·

xviii **Aliter admonendi sunt laeti. atque aliter tristes.**
Laetis videlicet inferenda sunt tristia que sequuntur ex
supplicio. Tristibus vero inferenda sunt laeta. que promit-
tuntur ex regno. Discant laeti ex minarum asperitate.
quod timeant. Audiant tristes premiorum gaudia de quibus
presumant. Illis quippe dicitur. Ve vobis qui ridetis nunc.
quia flebitis. Isti vero eundem magistrum dicentem audiant.
Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. et gaudium
vestrum nemo tollet a vobis. Nonnulli autem laeti vel tris-
tes non rebus fiunt. sed conspersionibus existunt. Quibus
profecto intimandum est. quod quedam vitia quibusdam
conspersionibus iuxta sunt. Habent enim laeti ex propinquo
luxuriam. tristes iram. Unde necesse est. ut non solum
quisque consideret. quod ex conspersione sustinet. sed etiam
quod ex vicino deterius perurguet. Ne dum nequaquam
pugnat contra hoc quod tolerat. et quoque a quo se li-
berum estimat vitio succumbat.

xviiii **Aliter admonendi sunt subditi. atque aliter prelati.**
Illos ne subiectio conterat. istos ne locus superior
extollat. Illi ne minus que iubentur impleant.
isti ne plus iusto iubeant que compleantur. Illi ut
humiliter subiaceant. isti ut temperanter presint. Nam
quod intellegi et figuraliter potest. illis dicitur.
Filii obedite parentibus vestris in domino. Istis autem precipitur.
Et patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros.
Illi discant quomodo ante occulti arbitri oculos sua
interiora componant. isti quomodo etiam commissis sibi

exempla bene uiuendi exterius praebeant. Scire et-
enim praelati debent. quia si peruersa umquam perpetrant.
tot mortibus digni sunt. quot ad subditos suos per-
ditionis exempla transmittunt. Unde necesse est.
ut tanto se cautius a culpa custodiant. quanto per pra-
ua quae faciunt non soli moriuntur. Ammonendi sunt
illi ne districtius puniantur. si absoluti repperiri
Nequiuerint saltim de se. Isti ne subditorum errantibus
iudicentur. etiam si se iam de se securos inueniunt. Illi
ut tanto circa se sollicitius uiuant. quanto aliena
eos cura non implicat. Isti uero ut sic aliorum curas ex-
pleant. quatenus et suas agere non desistant. et sic
in propria sollicitudine ferueant. ut a commissorum cus-
todia minime torpescant. Illi enim sibimet ua-
canti dicitur. In prouerbiis Vade ad formicam o pi-
ger. et considera uias eius. et disce sapientiam. Iste autem
terribiliter ammonetur cum dicitur. In prouerbiis Fili mi
si spoponderis pro amico tuo. defixisti apud ex-
traneum manum tuam. et laqueatus es uerbis oris tui.
et captus propriis sermonibus. Spondere namque pro ami-
co est. alienam animam in periculo suae conuersationis
accipere. Unde et apud extraneum manus defigitur. quia
apud curam sollicitudinis quae ante deerat mens li-
gatur. Verbis uero oris sui laqueatus est. ac propriis
sermonibus captus. quia dum commissis sibi cogitur bona di-
cere. ipsum prius necesse est quae dixerit custodire. In-
laqueatur igitur uerbis oris sui. dum ratione exigente

conſtringitur . ne eius uita ad aliud quam in magiſterio re-
laxetur . Unde apud diſtrictum iudicem cogitur tanta
in opere exſoluere . quanta eum conſtat aliis uoce precę-
piſſe . Ubi et bene mox exortando ſubditur . ut di-
catur . fac ergo quod dico fili mi . et temetipſum libera quia
incidiſti in manus proximi tui . Diſcurre feſtina .
ſuſcita amicum tuum . Ne dederis ſomnum oculis tuis . nec
dormitent palpebrę tuę . Quiſquis enim ad uiuendum a-
liis in exemplo proponitur . non ſolum ut ipſe uigilet . ſed etiam
ut amicum ſuſcitet ammonetur . Ei namque uigilare bene
uiuendo non ſufficit . ſi non et illum cum preeſt a peccati tor-
pore diſiungit . Bene autem dicitur ne dederis ſomnum ocu-
lis tuis . nec dormitent palpebrę tuę . Somnum quippe ocu-
lis dare est intentione ceſſante ſubditorum curam omnino
negligere . Palpebrę uero dormitant . cum cogitationes
nostrę ea quę in ſubditis arguenda cognoſcunt . pi-
gredine deprimente diſſimulant . Plene enim dor-
mire est commiſſorum acta nec ſcire nec corrigere . Non
autem dormire ſed dormitare est . quę quidem reprehendenda
ſunt cognoſcere . ſed tamen propter mentis tedium dignis
ea increpationibus non emendare . Dormitando uero oculus
ad pleniſſimum ſomnum ducitur . quia dum plerumque qui preest malum
quod cognoſcit non reſecat . ad hoc quandoque negligen-
tię ſuę merito peruenit . ut quod a ſubiectis delinquitur
nec cognoſcat . Ammonendi ſunt itaque qui preſunt . ut per
circumſpectionis ſtudium oculos peruigiles intus et in
circuitu habeant . et celi animalia fieri contendant .

Ostensa quippe celi animalia foris et intus oculis plena describuntur. Dignum quippe est ut cuncti qui presunt intus atque in circuitu oculos habeant, quatenus et interno iudici in semetipsis placere studeant, et exempla uitę exterius prebentes, ea etiam quę in aliis sunt corrigenda deprehendant. Ammonendi sunt subditi, ne prepositorum suorum uitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter uident. Ne unde recte mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Ammonendi sunt subditi, ne cum culpas prepositorum considerant, contra eos audaciores fiant. Sed sic quę ualde sunt eorum praua apud semetipsos diiudicent, ut tamen diuino timore constricti, ferre sub eis iugum reuerentię non recusent. Quod melius ostendimus, si dauid factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgandum uentrem in spelunca fuisset ingressus, illic cum uiris suis dauid inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cumque eum uiri sui ad feriendum saul accenderent, fregit eos responsionibus, quia manum mittere in christum domini non deberet. Qui tamen occulte surrexit, et horam clamidis eius abscidit. Quid enim per saul, nisi mali rectores? Quid per dauid, nisi boni subditi designantur? Saul ergo uentrem purgare est prauos prepositos conceptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris extendere, et cogitata apud se noxia factis exterioribus exsequendo monstrare.

Quæ tamẽ dauid ferire metuit. quia pie ſubditoꝝ
mentes ab omĩ ſe peſte obtrectationis abſtinẽ
tes. ꝑpoſitoꝝ uitã nullo linguę gladio ꝑcutiũt.
etiã cũ de imꝑfectione rephendũt. Qui & ſi quã
do ꝓ infirmitate ſeſe abſtinere uix poſſunt. ut
extrema quedã atq; exteriora ꝑpoſitoꝝ mala.
ſed tamẽ humilit̃ loquant̃. quaſi oram clami
dis ſilent̃ incidunt. Quia uidelicet dũ ꝑlate
dignitati ſaltẽ innoxię & latent̃ derogant. q̃
ſi regis ſupꝑpoſiti ueſtem foedant. Sed tamẽ ad
ſemetipſos redeũt. ſeque uehementiſſime uel de te
nuiſſima uerbi laceratione rephendũt. Unde
bene & illic ſcriptũ ẽ. Poſt hęc dauid ꝑcuſſit cor
ſuũ. eo q̊d abſcidiſſet orã clamidis ſaul. Facta q̃p
pe ꝑpoſitoꝝ oris gladio ferienda nõ ſunt. etiã cũ
recte rephendenda iudicant̃. Si quãdo uero cõtra
eos uel in minimis lĩgua labit̃. neceſſe ẽ ut ꝑ
afflictionẽ penitentię cor ꝑmat̃. quatin⁹ ad ſeme
tipſũ redeat. & cũ ꝑpoſite poteſtati deliquerit.
ei⁹ cõtra ſe iudiciũ a quo ſibi ꝑlata ẽ ꝑhorreſcat.
Nã cũ ꝑpoſitis delinquim⁹. ei⁹ ordinatiõi q̃ eos nob̃ ꝑtu
lit obuiam⁹. Und̃ moyſes q̊q; cũ cõtra ſe & aarõ
cõqueri ꝑplm cognouiſſet ait. Nos enĩ q̊d ſum⁹.
Nec cõtra nos ẽ murmur urm̃. ſed cõtra dnm̃. xxviii.

Alit̃ ammonendi ſt̃ ſerui. atq; alit̃ domini

Serui ſcilicet. ut in ſe ſeꝑ humilitatẽ
cõditionis aſpiciant̃. Dñi ũ. ut naturę ſuę qua

equaliter sunt cum servis conditi memoriam non amittant. Servi ammonendi sunt ne dominum despiciant, si ordinationi illius superbiendo contradicunt. Domini quoque ammonendi sunt, quia contra deum de munere eius superbiunt, si eos quos per conditionem tenent subditos, equales sibi per nature consortium non agnoscunt. Isti ammonendi sunt ut sciant se servos esse dominorum. Illi ammonendi sunt ut cognoscant se conservos esse servorum. Istis namque dicitur: Ad ephesios. Servi obedite dominis carnalibus. Et rursum: Ad timotheum. Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Illis autem dicitur: Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quod et illorum et vester dominus est in celis. XXXI.

Aliter ammonendi sunt sapientes huius seculi, atque aliter hebetes.

Sapientes quippe ammonendi sunt ut amittant scire que sciunt. Hebetes quoque ammonendi sunt ut appetant scire que nesciunt. In illis hoc primum destruendum est, quod se sapientes arbitrantur. In istis iam edificandum est quicquid de sapientia superna cognoscitur. Quia dum minime superbiunt, quasi ad suscipiendum edificium corda paraverunt. Cum illis laborandum est, ut sapientius stulti fiant, stultam sapientiam deserant, et sapientem dei stultitiam discant. Istis vero predicandum est, ut ab ea que putatur stultitia ad veram sapientiam vicinius transeant. Illis namque dicitur: Ad corinthios. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Istis vero dicitur: Ad corinthios. Non multi sapientes secundum carnem. Et rursum: Que stulta

ſunt mundi elegit dſ. ut cōfundat ſapienteſ. Illoſ
plerūq; ratiocinationiſ argumta. iſtoſ nō nū
quā meliꝰ exēpla cō uertunt. Illiſ nimirū ꝓdeſt.
ut in ſuiſ allegationibꝰ uicti iaceant. iſtiſ uero
aliquādo ſufficit ut laudabilia alioꝝ facta
cognoſcāt. Vnđ magiſter egregiꝰ ſapientibꝰ & in
ſipientibꝰ debitor. cū hebreoꝝ quoſdā ſapienteſ.
quoſdā ū etiā tardioreſ ammoneret. illiſ đ cōple
tione teſtamti ueteriſ loquenſ. eoꝝ ſapientiam
argumto ſupauit dicenſ. Qđ eni antiquat & ſe
neſcit ꝓpe in teritū ē. Cū ū ſoliſ exempliſ quoſ
dā trahendoſ cerneret. in eadē epła adiunx.
Sči ludibria & uerbera expti. inſup uincula &
carcereſ. Lapidati ſunt. ſecti ſunt. temptati ſ. in oc
ciſione gladii mortui ſunt. Et rurſū.
Mementote ꝑpoſitoꝝ uroꝝ q uob locuti ſ uerbū dei.
quoꝝ intuenteſ exitū cō uerſationiſ. imitamini
fidē. Quatenꝰ & illoſ uictrix ratio frangeret. &
iſtoſ ad maiora conſcēdere imitatio blanda
ſuaderet. XXXVI.

Alit̄ amonendi ſt̄ impudenteſ. atq; alit̄ uerecundi.
Illoſ namq; ab impudentię uitio nō
niſi increpatio dura cōpeſcit. Iſtoſ aut̄ plerū
q; ad meliꝰ exortatio modeſta cōponit. Illi ſe
de linquere neſciunt. niſi etiā a pluribꝰ increpent̄.
Iſtiſ plerūq; ad cō uerſationē ſufficit. qđ eiſ doc
toꝝ mala ſua ſaltē leniť ad memoriā reducit.

Illos melius corrigit. si inuehendo reprehendit. istos
autem maior profectus adducit. si hoc quod in eis reprehen
dit. quasi ex latere tangat. Impudentem quippe
iudeorum plebem dominus aperte increpans ait. In ieremia
Frons mulieris meretricis facta est tibi. noluisti
erubescere. Et rursum. Verecundantem refouet dicens.
In esaia Confusionis adolescentie tue obliuisceris.
et obprobrii uiduitatis tue non recordaberis. quia
dominabitur tui qui fecit te. Impudentes quoque delinquen
tes galathas aperte paulus increpat dicens. O in
sensati galathe. quis uos fascinauit. Et rursum.
Sic stulti estis. ut cum spiritu ceperitis. nunc carne con
summamini. Culpas uero uerecundantium quasi conpa
tiens reprehendit dicens. Gauisus sum in domino uehementer.
quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire.
sicut et sentiebatis. Occupati enim eratis. Vt et illo
rum culpas increpatio dura detegeret. et horum
neglegentiam sermo mollior uelaret. XXVIII.

Aliter ammonendi sunt presumptuosi. atque aliter pusillanimes.

Illi enim dum ualde de se presumunt. exprobrando
ceteros dedignantur. Isti autem dum nimis infirmi
tatis sue sunt conscii. plerumque in desperationem
cadunt. Illi singulariter summa estimant cuncta
que agunt. isti despecta uehementer putant esse
que faciunt. et idcirco in desperatione franguntur.
Subtiliter itaque ab arguente discutienda sunt opera presump
tuorum. ut in quo sibi placent ostendatur quod deo displi
cent.

Tunc enim proteruos melius corrigimus. cum ea que bene egisse se credunt. male acta monstramus. Ut unde adepta gloria creditur. inde utilis confusio subsequatur. Nonnumquam uero cum se uitium proteruie minime perpetrare cognoscunt. compendiosius ad correctionem ueniunt. si alterius culpe manifestioris. et ex latere requisite improperio confundantur. Ut ex eo quod defendere nequeunt. cognoscant se tenere improbe quod defendunt. Unde cum proteruie paulus corinthios aduersum se inuicem uideret inflatos. ut alius apollo. alius pauli. alius cephe. alius christi esse se diceret. incestus culpam in medium deduxit. que apud eos et perpetrata fuerat. et incorrepta remanebat dicens. Auditur inter uos fornicatio. et talis fornicatio. qualis nec inter gentes. ita ut uxorem patris quis habeat. Et uos inflati estis. et non magis luctum habuistis. ut tolleretur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Ac si aperte dicat. Quid uos per proteruiam huius uel illius esse dicitis. qui per dissolutionem neglegentie nullius uos esse monstratis. At contra pusillanimes aptius ad iter bene agendi reducimus. si quedam illorum bona ex latere requiramus. Ut dum in eis alia reprehendendo corripimus. alia amplectendo laudemus. Quatenus eorum teneritudinem laus audita nutriat. quam culpa increpata castigat. Plerumque autem utilius apud illos proficimus. si et eorum bene gesta memoramus. Et si qua ab eis inordinate gesta sunt. non iam tamquam perpetrata cor

ripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeat prohibe
mus. Ut et illa quae ad probamus in laude fauore auge
at. et contra ea quae reprehendimus, magis apud pusil
lanimes exhortatio uerecunda conualescat. Un
de idem paulus cum thessalonicenses in accepta praedica
tione perdurantes. quasi de uicino mundi termino
quadam cognosceret pusillanimitate turbatos,
prius in eis quae fortia conspicit laudat, et caute mo
nendo. postmodum quae infirma sunt roborat.
Ait enim. Gratias agere debemus deo. semper pro uobis fratres, ita
ut dignum est. quoniam supercrescit fides uestra et habundat
charitas uniuscuiusque uestrum in inuicem, ita ut et nos ip
si in uobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia uestra et fide.
Qui cum blanda haec uitae eorum praeconia praemisisset. paulo
post subdidit dicens. Rogamus autem uos fratres per aduen
tum domini nostri ihesu christi et nostrae congregationis in ipsum.
ut non cito moueamini a uestro sensu neque terreamini.
Neque per spiritum. neque per sermonem. neque per epistolam tamquam per
nos missam. quasi instet dies domini. Egit enim uerus
doctor. ut prius audirent laudati quod recognosce
rent, et postmodum quod exhortati sequerentur.
Quatenus eorum mentem ne ammonitio sub uncta
concuteret, laus praemissa solidaret. Et qui commo
tos eos uicini finis suspicione cognouerat,
non iam redarguebat motos. sed quasi transac
ta nesciens. adhuc prohibebat. Ut dum de ipsa
leuitate motionis praedicatori suo se incogni

tos crederent· tanto reprehensibiles fieri. quanto
& cognosci ab illo formidarent. xxviiii.

Aliter ammonendi sunt inpatientes. atque aliter patientes
Dicendum namque est inpacientibus. Quia dum frenare spiritum
neglegunt. per multa etiam que non appetunt iniquitatum
abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impel
lit furor. quo non trahit desiderium. & agit commota
velut nesciens. unde post doleat sciens. Dicendum
quoque est inpacientibus. Quia dum motionis inpulsu pre
cipites quedam velut alienati peragunt. vix mala
sua post quam fuerint perpetrata cognoscunt. Qui dum
perturbationi sue minime obsistunt. etiam si qua
a se tranquilla mente fuerunt bene gesta confundunt.
& inproviso inpulsu destruunt. quicquid forsitan diu labo
re provido construxerunt. Ipsa namque que mater est omnium
custosque virtutum. per inpatientie vicium. virtus caritatis
amittitur. Scriptum quippe est. Karitas paciens
est. Igitur quo minime est paciens. caritas non est. Per hoc quoque
inpatientie vitium. ipsa virtutum nutrix doctrina
dissipatur. Scriptum namque est in proverbiis. Doctrina
viri per patientiam noscitur. Tanto ergo quisque minus ostendi
tur doctus. quanto minus convincitur patiens. Neque enim
potest veraciter bona docendo inpendere. si vivendo
nescit equanimiter aliena mala tolerare. Per hoc quoque
inpatientie vitium. plerumque mentem arrogantie culpa
transfigit. Quia dum despici in mundo hic quisque non patitur.
bona si qua sibi occulta sint. ostentare conatur.

Atq; sic p inpatientiá usq; ad arrogantiá ducit'. dú q;
ferre despectú nó potest. detegendo semetipsú in
ostentatione gl'at'. Unde scriptú é. Melior é pati
ens arrogante. Quia uidelicet eligit paciens quę
libet mala ppeti. quá p ostentationis uitiú bona
sua oculta cognosci. At contra eligit arrogans bona
de se uel falsa iactari. ne mala possit uel minima
ppeti. Quia igit' cú patientia relinq't'. et iá bona re
liqua quę iá gesta sunt destruunt'. recte ad eze
chielé ęę in altare dí fossa phibet'. ut in ea uide
licet supposita holocausta seruent'. Si enı in al
tari fossa nó eet. omne qd in eo sacrificiú reperiret
sup ueniens aura dispgeret. Qd u accipim' altare dí
nisi aíá iusti. Quę qt bona egerit. tot sup se an
te ei' oculos sacrificia inponit. Qd aut' é altaris
fossa. nisi bonoꝝ pacientia. Quę dú mentē ad ad
uersa toleranda humiliat. quasi more foueę hac
in ymo positá demonstrat. Fossa ğ in altari fiat.
ne sup positú sacrificiú aura dispgat. idt electoꝝ
mens pacientiá custodiat ne commota uento inpatiē
tię. et h qd bene opata é amittat. Bene aut' hęc
eadé fossa uni' cubiti eé memorat'. qr nimirú si
patientia nó deserit'. unitatis mésurá seruat'. Unde
et paulus ait. Ad galathas. Inuicē onera urá por
tate. et sic adimplebitis legé xpý. Lex quippe xpý
é. caritas unitatis. quá soli pficiunt qui nec cú grauá
t' excedunt. Audiat inpatientes. qd scriptú est.

In prouerbiis. Melior est patiens uiro forti. et qui dominatur
animo suo. expugnatore urbium. Minor est enim uic-
toria urbium. quia extra sunt que subiguntur. Valde
autem maius est quod per pacientiam uincitur. quia ipse a se animus
superatur. et semetipsum sibi metipsi subicit. Quando eum
patientia intra se frenari compellit. Audiant inpa-
cientes quod electis suis ueritas dicit. Secundum lucam
In paciencia uestra. possidebitis animas uestras. Sic enim con-
diti mirabiliter sumus. ut ratio animam. et anima possi-
deat corpus. Ius uero anime a corporis possessione re-
pellitur. si non prius anima a ratione possidetur. Cus-
todem igitur condicionis nostre patientiam dominus esse monstra-
uit. qui in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit.
Quanta ergo sit inpaciencie culpa cognoscimus per quam
et hoc ipsum amittimus possidere quod sumus. Audiant
inpatientes quod per salomonem rursum dicitur. Totum spiritum
suum profert stultus. sapiens autem differt. et reseruat in
posterum. Inpaciencia quippe inpellente agitur. ut to-
tus foras spiritus proferatur. Quem eo citius perturbatio
eicit. quia nulla interius disciplina sapientie circum-
cludit. Sapiens autem differt et reseruat in posterum.
Lesus enim in presenti se ulcisci non desiderat. quia etiam
tolerans parci optat. sed tamen iuste uindicari omnia
extremo iudicio non ignorat. At contra ammo-
nendi sunt patientes. ne in eo quod exterius portant in-
terius doleant. Ne tante uirtutis sacrificium quod in-
tegrum foris ymmolant. intus malitie peste cor-
rumpant.

40

Et cū ab hominib; nō agnoscit̃. sed tam̄ sub diui
na examinatione peccat̃. tanto deterior cul
pa doloris fiat. quāto sibi ante homines uirtu
tis speciē uindicat. Dicendū itaq; ē patientibus.
ut studeant diligere qđ sibi necesse ē tolerare.
Ne si patientiā dilectio nō sequit̃. in deteriorē culpā
odii uirt9 ostensa uertat̃. Unđ paulus cū diceret.
Karitas patiēs ē. illico ad iunx. Benigna ē. Uide
licet ostendēs. q̄ q̄s ex patientia tolerat. amare
etiā ex benignitate nō cessat. Vnđ idē doctor
egregi9 cū patientiā discipulis suaderet dicēs. Omis
amaritudo & ira & indignatio & clamor & blas
phemia. tollat̃ a uob. Quasi cunctis exteri9 iā
bene cōpositis. ad interiora cō uertit̃ dū sub iun
git. Cū omi malitia. Q̄ nimirū frustra indig
natio. clamor blasphemia ab exteriorib; tollit̃.
si in interiorib; uitioꝝ mat̃ malitia dñat̃. & in
cassū foris nequitia ex ramis incidit̃. si sub rec
tura multiplici9 int9 in radice seruat̃. Vnđ & ꝑ
semetipsā ueritas dic̄. Diligite inimicos urōs. bene
facite his q̄ uos oder̄. & orate ꝓ ꝑsequētib; & calū
niantib; uob. Virt9 itaq; ē corā hominib; ad uer
sarios tolerare. sed uirt9 eorū dō diligere. Quia
h solū ds sacrificiū accip. qđ ante e9 oculos in al
tari boni opis flāma caritatis accēdit. Hic ē qđ
rursū q̄busdā patiētib; nec tam̄ diligētib; dicit.
Scđ matth. Quid aut̃ uides festucā in oculo frīs

tui. et trabem in oculo tuo non vides? Perturbatio quip
pe inpatientiae festuca est. malicia vero in corde tra
bes in oculo. Illam namque aura temptationis agitat. hanc
autem consummata nequitia pene inmobiliter portat.
Recte vero illic subiungitur. Hypocrita. eice primum trabem
de oculo tuo. et tunc videbis eicere festucam de oculo
fratris tui. Ac si dicatur menti iniquae interius dolenti. et sanctam
se exterius per patientiam demonstranti. Prius a te molem mali
tiae excute. et tunc alios de inpatientiae levitate rep
rehende. Ne dum non studes simulationem vincere. peius tibi
sit aliena prava tolerare. Evenire etiam plerumque
patientibus solet. ut eo quidem tempore quo vel adversa
patiuntur. vel contumelias audiunt. nullo dolore
pulsentur. et sic patientiam exhibeant. ut custodire
etiam cordis innocentiam non omittant. Sed cum post
paululum haec ipsa quae pertulerint ad memoriam re
vocant. igne se doloris inflammant. argumenta
ultionis inquirunt. et mansuetudinem quam tolerantes
habuerunt retractantes in maliciam vertunt. Quibus ci
cius a praedicante succurritur. si quae sit huius permutationis
causa pandatur. Callidus namque adversarius bellum
contra duos movet. unum videlicet inflammans
ut contumelias prior inferat. alterum provocans.
ut contumelias laesus reddat. Sed plerumque dum
huius iam victor est qui iniuriam persuasus inrogat. ab
illo vincitur qui inlatam sibi aequanimiter portat.
Unius ergo victor quem commovendo subiugavit.

tota cōtra alterū uirtute ſe erigit. eūq; ob
ſiſtentē fortit̄ & uincere dolet. Q ue q̄ cō
mouere in ipſa cōtumeliarū iaculatione
nō potuit. ab aperto certamine interī quieſ
cenſ. & ſecreta ſuggeſtione cogitationū la
ceſſenſ. aptū deceptionis temp⁹ inq̄rit. Q ꝛ enī
publicū bellū ꝑdidit. ad exercendaſ occulte
inſidiaſ exardeſcit. q̄ etiāq; iā tēpre ad
uictoriſ animū redit. & uel rerū dāpna. ul̄
iniuriarū iacula ad memoriā reducit. Cūc
taq; que ſibi inlata ſunt uehemt̄ exagerāſ.
intolerabilia oſtendit. Tantoq; mēte mero
re cōturbat. ut plerūq; uir patiēſ. illa ſe equa
nimit̄ toleraſſe p⁹ uictoriā captiuuſ erubeſ
cat. Seq; nō reddidiſſe cōtumeliaſ doleat. &
deteriora rependere. ſi occaſio ꝑbeat̄ querat.
Q ⁊ b⁹ ḡ iſti ſūt ſimileſ. niſi hiſ q̄ ꝑ fortitudinē in
cāpo uictoreſ ſūt. ſed ꝑ neglegentiā poſt mo
dū intra urbiſ clauſtra capiuntur. Q ⁊ b⁹ ſūt ſi
mileſ niſi hiſ q̄ſ inruēſ grandiſ langor aurā
nō ſubtrahit. ſed lent̄ ueniēſ recidiua febriſ oc
cidit. Ammonēdi ſ̄ ḡ patiēteſ ut cor p⁹ uictoriā
muniāt. ut hoſtē publico bello ſuperatū inſidia
ri menibꝰ mētiſ intēdāt. Vt lāgorē pluſ reſer
pētē timeāt. ne hoſtiſ callid⁹ eo in deceptione
poſt modū maiori exultatione gaudeat. q̄ illa
dudū cōtra ſe rigida colla uictoꝝ calcat. XXVI

Aliter ammonendi sunt beniuoli. atque aliter inuidi.
Ammonendi namque sunt beniuoli. ut sic alienis bonis con
gaudeant. quatinus habere et propria concupiscant.
Sic proximorum facta diligendo laudent. ut ea etiam
imitando multiplicent. Ne si huic presentis uitae stadio
ad certamen alienum deuoti fautores sed pigri spec
tatores adsistunt. eo post certamen sine brauio rema
neant. quo nunc in certamine non laborant. Et tunc eorum
palmas afflicti respiciant in quorum nunc laboribus
otiosi perdurant. Valde quippe peccamus. si aliena bene
gesta non diligimus. Sed nil mercedis agimus. si ea quae
diligimus. in quantum possumus non imitamur. Dicendum
namque est beniuolis. quia si imitari bona minime fes
tinant. quae laudantes adprobant. sic eis uirtutum
sanctitas. sicut stultis spectatoribus ludicrarum artium uani
tas placet. Illi namque aurigarum ac histrionum gesta
fauoribus efferunt. nec tamen tales esse desiderant. quales
illos conspiciunt esse quos laudant. Mirantur eos placi
ta egisse. sed tamen similiter deuitant placere. Dicen
dum est beniuolis. ut cum proximorum facta conspiciunt.
ad suum cor redeant. et de alienis actibus non praesumant. ne
bona laudent et agere recusent. Grauius quippe
extrema ultione feriendi sunt. quibus placuit quod imi
tari noluerunt. Ammonendi sunt inuidi. ut perpendant
quantae caecitatis sunt. qui alieno profectu deficiunt.
aliena exultatione contabescunt. Quantae infeli
citatis sunt. qui melioratione proximi deteriores fi
unt.

Dũq, augmẽta aliene prosperitatis aspiciũt. ~~apud aspiciunt~~
. apud semetipsos anxię afflicti cordis sui
peste moriunt. Q͞d istis infelic. q̄os dũ cõspecta
felicitatis afficit. pena negociores reddit. Aliorũ ũ bo
na que habere nõ possũt. Si diligerent sua fecissent.
Sic q̄ppe s̄ uniuersi cõ sistentes in fide. sic multa mẽ
bra uno cõ tinẽt in corpore. que p officiũ q͞dẽ diuer
sa sunt. sed q̄ sibi inuicẽ cõgruunt unũ sunt. Unde fit
ut pes p oculũ uideat. & p pedes oculi gradiatur.
h ori auditus aurũ seruiat. & ad usum suũ auribus
oris lingua cõ currat. Suffragetur manibus uẽtr.
uẽtri operent manus. In ipsa g̃ corporis positione ac
cipimus. q͞d in actione seruemus. Nimis itaq, tur
pe ẽ. nõ imitari q͞d sumus. Nrã sunt nimirũ. que
& si imitari nõ possum, amemus in aliis. & amãtiu
sunt queque amant in nobis. Hinc g̃ pensent inuidi.
caritatis quãtę uirtutis ẽ. que alieni laboris opa
nra sine labore fac. Discedũt itaq, ẽ inuidis. q̄ dũ se
a liuore minime custodiunt. in antiquã uersuti hos
tis nequitiã demergunt. De illo naq, scriptũ ẽ. Inui
dia diabli. mors introiuit in orbẽ trarũ. Quia enĩ
ipse celũ pdidit. cõdito h homini inuidit. & dãp
natione suã pdit. ad huc alios pdẽdo cumulauit.
Ammonendi s̃ inuidi. ut cognoscant quãtis lapsibus
succrescentis ruine sub iaceant. q̄ dũ liuorẽ a cor
de nõ reprimũt. ad apertas opũ nequitias deuoluuntur.
Nisi enĩ kayn inuidisset acceptã fris hostiã. minime

pcuſſor ad extinguendā uitā. Vnđ ſcriptū eſt.
Et reſpex̄ dn̄ſ ad abel et ad munera eiꝰ. Ad
kayn u̇o et ad mune ra illiꝰ nō reſpexit. I-
ratuſq; ē kaym uehemt̄. et cō cidit uultꝰ eiꝰ. Li-
uor itaq; ſacrificii fratricidii ſeminariū fuit.
Nā quē meliorē ſe ēē doluit. ne ut cūq; ēēt ampu-
tauit. Dicēdū ē inuidiſ. q̄ dū ſe iſta intrinſe-
cuſ peſte cō ſumunt. etiā q̄cq̄d in ſe aliud boni
habere uidēt̄ interimunt. Vnđ ſcriptū ē. In pͥbuſ.
Vita carniū ſanitaſ cordiſ. putredo oſſ-
iū inuidia. Q͛d enī p carneſ. niſi infirma que-
dā ac tenera. et q̄d p oſſa niſi fortia acta ſignāt̄.
Et pleruq; cō tigit. ut q̄dā cū cordiſ innocentia in
nō nulliſ ſuiſ actibꝰ infirmi uideant̄. q̄dā u̇o iam
quedā ante humanoſ oculoſ robuſta exerceant.
ſed tam̄ erga alioꝝ bona intꝰ inuidię peſtilētia
tabeſcant. Bene g̊ dicit̄. uita carniū ſanitaſ cor-
diſ. Quia ſi mētiſ innocentia cuſtodit̄. etiā ſi qua
foriſ infirma ſ̄. quādoq; roborant̄. Et recte illic
ſubdit̄. Putredo oſſ ſuū inuidia. Quia p liuo-
riſ uitiū ante dī occuloſ pereūt. etiā que huma-
niſ oculiſ fortia uidentur. Oſſa q̄ppe p inuidiā
putreſcere ē. quedā etiā robuſta deperire. XXXVI

Aliť ammonendi ſt̄ ſimplicē. atq; aliť impuri

Laudandi ſūt ſimpliceſ q̊ ſtudeant nūquā falſa dice-
re. ſed ammonēdi ſ̄ ut nouerint nō nūquā uera re-
ticere. Sic enī ſep̄ dicētē falſitaſ leſit. ita nō num-
quam

quibusdam audita uera nocuerunt. Unde coram discipulis
dominus locutionem suam silentio temperans
ait. Multa habeo uobis dicere, sed nunc
non potestis illa portare. Ammonendi sunt igitur simpli
ces, ut sic fallaciam semper utiliter uitant, ita ueritatem
semper utiliter proferant. Ammonendi sunt ut simplicitatis
bono prudentiam adiungant, quatenus sic securitatem
de simplicitate possideant, ut circumspectionem pruden
tie non amittant. Hinc namque per doctorem gentium dicitur:
Volo uos sapientes esse in bono, simplices autem in malo.
Hinc electos suos per semetipsam ueritas ammonet di
cens: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut co
lumbe. Quia uidelicet in electorum cordibus debet simpli
citatem columbe astutia serpentis acuere, et serpentis
astutiam columbe simplicitas temperare, quatenus nec
seducti per prudentiam calleant, nec ab intellectus stu
dio ex simplicitate torpescant. At contra ammonendi
sunt impuri, ut quam grauis sit quem cum culpa sustinent,
duplicitatis labor agnoscant. Dum enim deprehendi
metuunt, semper improbas defensiones querunt, semper paui
dis suspicionibus agitantur. Nil autem est ad defendendum
puritate tutius, nil ad dicendum ueritate facilius. Nam
dum fallaciam suam tueri cogitur, duro cor labore fa
tigatur. Hinc namque scriptum est: In PS. CXXXVIII.
Labor labiorum ipsorum operiet eos. Quem enim nunc implet,
tunc operit, quia cuius nunc animum per blandam inquietu
dinem exerit, tunc per asperam retributionem premit. Hic

per iheremiam dicitur· Docuerunt lingua sua loqui menda-
cium, ut inique agerent laboraverunt· Ac si aperte
diceretur· Qui amici esse veritatis sine labore pote-
rant, ut peccent laborant· Cumque vivere simpli-
citer renuunt, laboribus exigunt ut moriantur·
Nam plerumque in culpa deprehensi, dum quales sint
cognosci refugiunt, sese sub fallaciae velamine
abscondunt· Et hoc quod peccant, quodque iam aperte cerni-
tur, excusare moliuntur· Ita ut saepe is qui eorum
culpas corripere studet, aspersis falsitatis nebu-
lis seductus, paene amisisse se videat, quod de eis iam
certum tenebat· Unde recte sub ericii specie per
prophetam esayam contra peccantem animam excu-
santemque se dicitur· Ibi habuit foveam ericius· In esaia·
Ericius quippe nunc impurae mentis seseque callide de-
fendentis duplicitas designatur· Quia videlicet
ericius cum adprehenditur, et eius caput cernitur, et pedes
videntur, et corpus omne conspicitur· Sed mox ut adpre-
hensus fuerit, semetipsum in speram colligit, pedes
introrsus trahit· Caput abscondit, et intra tenentis
manus totum simul amittitur, quod totum simul ante
videbatur· Sic nimirum, sic impurae mentes sunt, cum
in suis excessibus comprehenduntur· Caput enim ericii cer-
nitur, quia quo initio ad culpam peccator accesserit vide-
tur· Pedes ericii conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequitia
sit perpetrata cognoscitur· Et tamen adductis repen-
te excusationibus inpura mentis introrsus pedes colli-

H ericio

git. qui cuncta iniquitatis sue uestigia abscondit. Caput subtrahit. qui miris defensionibus nec inchoasse se malum aliquod ostendit. Et quasi spera in manu tenentis remanet. qui uis quem corripit. cuncta que iam cognouerat subito ammittens. in uolutum intra conscientiam peccatorem tenet. Et qui totum iam reprehendendo uiderat. tergi uersatione praue defensionis inlusus. totius partem ignorat. Foueam ergo ericius habet in reprobis. quia malitiose mentis duplicitas sese intra se colligens. abscondit in tenebris defensionis. Audiat impurus quod scriptum est in prouerbiis. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Fiducia quippe magne securitatis est simplicitas actionis. Audiat quod sapientis ore dicitur in salomone. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Audiat quod scriptura rursum teste perhibet. cum simplicibus sermocinatio eius. In prouerbiis. Deo enim sermocinari est. per inlustrationem sue presentie humanis mentibus archana reuelare. Cum simplicibus ergo sermocinari dicitur. quia de supernis mysteriis illorum mentes radio sue uisitationis inluminat. quas nulla umbra duplicitatis obscurat. Est autem speciale duplicium malum. quia dum peruersa et duplici actione ceteros fallunt quasi prestantia ceteris prudentes se esse gloriantur. Et qui districtionem retributionis non considerant. de damnis suis miseri exultant. Audiant autem quam super illos propheta sophonias. uim diuine animaduersionis intentat dicens. Ecce dies domini uenit magnus et orribilis.

Dies ire dies illa, dies tenebrarum et caliginis. Dies
nebule et turbinis. Dies tube et clangoris super
omnes ciuitates munitas et super omnes angulos excel
sos. Quid enim per ciuitates munitas exprimitur, nisi suspe
ctae mentes et fallaci semper defensione circum
datae. Quae quotiens earum culpa corripitur, ueritatis
ad se iacula non admittunt. Et quid per excelsos angu
los nisi inpura corda signantur. Duplex quippe sem
per est in angulis paries. Quae dum ueritatis simplicita
tem fugiunt, ad semetipsa quodam modo duplicitatis per
uersitate replicantur. Et quod est deterius, apud cogita
tiones suas in fastu prudentiae ex ipsa se culpa
inpuritatis extollunt. Dies ergo domini uindictae atque
animaduersionis plena super ciuitates munitas
et super excelsos angulos uenit, quia ira extremi iu
dicii humana corda et defensionibus contra ueritatem
clausa destruit, et duplicitatibus inuoluta
dissoluit. Tunc enim munitae ciuitates cadent, quia
mentes deo inpenetrabiles damnabuntur. Tunc excelsi
anguli corruunt, quia corda quae se per inpuritatem
prudentiam erigunt, per iustitiae sententiam prosternuntur. XXXVII

Ammonendi sunt incolumes atque aliter egri.

Ammonendi sunt incolomes ut salute cor
poris exerceant ad salutem mentis. Ne si acceptae inco
lomitatis gratiam ad usum nequitiae inclinant, dono deterio
res fiant. Et eo postmodum supplicia grauiora me
reantur, quo nunc largioribus bonis dei male uti non metu
unt.

Corda inpurorum ciuitates munite dicuntur et excelsi anguli. Ideo ciuitates munite quia se per fallaciam et ingenium siue astuciam defendunt ut alii non possint eorum fallaciam intelligere. Ideo dicuntur anguli quia per hoc quod se fallaciter defendunt se eleuant atque extollunt quasi melius intelligant quam ceteri.

47

Ammonendi sunt incolomes. ne oportunitatem salutis
in perpetuum promerendi despiciat. Scriptum namque est.
ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis.
Ammonendi sunt ne placere deo si cum possunt noluerint.
cum uoluerint sero non possint. Hinc est enim quod post sa
pientia deserit quos prius diutius renuentes uocauit
dicens. In prouerbiis. Uocaui et renuistis. extendi
manum meam et non fuit qui aspiceret. despexistis
omne consilium meum. et increpationes meas negle
xistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo et subsan
nabo. cum uobis quod timebatis aduenerit. Et rursum.
Tunc inuocabunt me et non exaudiam. mane consurgent
et non inuenient me. Salus itaque corporis quando
ad bene operandum accepta despicitur. quanti sit mune
ris amissa sentitur. Et infructuose ad ultimum queritur.
que congruo concessa tempore utiliter non habetur. Unde
bene rursum per salomonem dicitur. Ne des alienis ho
norem tuum. et annos tuos crudeli. ne forte implean
tur extranei uiribus tuis. et labores tui sint in do
mo aliena. et gemas in nouissimis quando consumpse
ris carnes et corpus tuum. Quis namque a nobis alienus est nisi
malignus spiritus. qui a celestis est patrie sorte separatus. Quis
uero honor noster est. nisi quod etiam in luteis corporibus condi
ti ad conditoris tamen nostri sumus ymaginem et similitu
dinem creati. Uel quis alius crudelis est. nisi ille apostata
angelus. qui et semetipsum pena mortis superbiendo percussit
et inferre mortem humano generi etiam perditus non
pepercit.

honorem namque suum alienis dat, qui ad Dei imaginem
ac similitudinem conditus vitae suae tempora malignorum
spirituum voluptatibus amministrat. Annos etiam suos cru
deli tradit, qui ad voluptatem male dominantis adver
sarii acceptum vivendi spatium expendit. Ubi bene sub
ditur: Ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labo
res tui sint in domo aliena. Quisquis enim per acceptam va
litudinem corporis, per tributam sibi sapientiam mentis, non
exercendis virtutibus, sed perpetrandis vitiis elaborat,
nequaquam suis viribus suam domum, sed extraneorum habi
tacula, id est immundorum spirituum facta multiplicat;
nimirum vel luxuriando, vel superbiendo agens, ut etiam
se addito perditorum numerus crescat. Bene autem
subditur: Et gemas in novissimis quando consumpseris
carnes et corpus tuum. Plerumque enim accepta salus car
nis per vitia expenditur. Sed cum repente subtrahitur, cum mo
lestiis caro atteritur, cum iam egredi anima urguetur, diu
male habita quasi ad bene vivendum salus amissa
requiritur. Et tunc gemunt homines, quod Deo servire no
luerunt, quando damna suae neglegentiae recupera
re serviendo nequaquam possunt. Unde alias scriptu
ra dicit: Cum occideret eos, tunc inquirebant eum.
At contra ammonendi sunt aegri, ut eo se Dei filios sen
tiant, quo illos disciplinae flagella castigant. Nisi
enim correctis hereditatem dare disponeret, erudire
eos per molestias non curaret. Hinc namque ad Iohannem in
apochalipsi Dominus per angelum dicit: Ego quos amo, ar

N. de egris

guo. & caſtigo. Hinc ſcriptu̅ ſcriptu̅ e̅. In prou̅b.
Fili mi noli negligere diſciplina̅ dn̅i. neq; fati
geris du̅ abeo argueris. Que̅ eni̅ diligit dn̅s caſti
gat. flagellat aut̅ om̅em filiu̅ que̅ recipit. hinc
pſalmiſta ait. PS. xxxiii. M ulte tribulationes
iuſtoꝝ. hinc beat' q̊q; iob in dolore exclamans
ait. Si iuſtus fuero. no̅ leuabo cap̅. ſaturat' afflictio
ne & miſeria. Dicenda̅ e̅ egris. ut ſi celeſte̅ patriam
ſuam credunt. neceſſario in hac labores uelut in alie
na patiant̅. In libro reg. Hinc e̅ eni̅ q̊d lapides
extra tunſi ſu̅t. ut in co̅ſtructione te̅pli dn̅i abſq;
mallei ſonitu ponerent̅. Q uia uidelicet nu̅c fo
ris p flagella tundim̅. ut int' in te̅plo di̅ p'
modu̅ ſine diſcipline pcuſſione diſponamur.
Q uicquid e̅ni̅ in nob e̅ ſup fluu̅. mod' pcuſſio reſecet.
& tunc ſola nos in edificio co̅cordia caritatis ligat.
A mmonendi ſ̅ egri. ut co̅ſiderent ꝓ pcipiendis terrenis
hereditatib'. qua̅ dura carnales filios diſcipline fla
gella caſtigent. Que g̊ nob diuine correptionis pe
na grauis e̅. p qua̅ & nu̅qua̅ amittenda hereditas
pcipit̅. & ſe̅p manſura ſupplicia uitant̅. Hinc & eni̅
paulus ait. Ad hebreos. P atres q̊de carnis nr̅e ha
buim' eruditores. & reuerebam̅ eos. no̅ multo magis
optemperabim' patri ſpu̅u̅ & uiuem'. & illi quide̅
in te̅pore paucoꝝ dieru̅ ſcd̅m uoluntate̅ ſua̅ erudie
bant nos. hic aut̅ ad id q̊d utile e̅ in recipie̅do ſcifi
catione̅ ei'. A mmonendi ſ̅ egri. ut co̅ſidere̅t quam

N S lapidib; te̅pli

ſaluſ cordiſ ſit moleſtia corporaliſ. que ad cognitio
nē ſui mentē reuocat. & quā plerūq; ſaluſ abiecit.
infirmitatiſ memoria reformat. Ut animus q̄ ex
tra ſe in elationē ducit. cui ſit cōditioni ſubditus
ex percuſſa quā ſuſtinet. carne memoret. In lib numeri.
Quod recte p balahā. ſi tam uocē dī ſub ſeq̄ ob
oediendo uoluiſſet. in ipſa eius itineriſ retardatione ſig
nat. Balahā nāq; peruenire ad ppoſitū tendit. ſed
eius uotū animal cui pſidet ppedit. & phibitione q̄ppe
inmorata aſina anglm uidit quē humana menſ nō
uidit. Quia plerūq; c aro p moleſtiaſ tarda. flagel
lo ſuo mētī dm̄ indicat. quē menſ ipſa carni pſidens
nō uidebat. ita ut anxietate ſpſ pficere in h mundo
cupientē uelut iter tendentē inpediat. donec ei inui
ſibilē q̄ ſibi obuiat innoteſcat. Und & bene p pe
trū dicit. Correptionē habuit ſue ueſanie ſub
iugale mutū q̄d in hominiſ uoce loquenſ. phi
buit pphe inſipientiā. In ſan q̄ppe homo a ſubiuga
li muto corripit. quādo elata menſ humilitatiſ
bonū q̄d tenere debeat ab afflicta carne memorat.
Sed huius correptioniſ donū id circo balahā nō optinu
it. q̄ ad maledicendū pgenſ. uocē nō mētē mutauit.
Ammonēdi ſ egri. ut cō ſiderent quātū ſit muneriſ mo
leſtia corporaliſ. que & ad miſſa peccata diluit.
& ea que poterant admitti cō peſcit. Que ſuſcepta Ab exterioribus
plagiſ. cō cuſſe menti penitentie uulnera infligit.
Vnd ſcriptū ē. In prouerbiis. L iuor uulneriſ abſ

mala
tergit. & plage in secretioribus uentris. Mala enim
liuor uulneris abstergit. quae flagellorum dolor
uel cogitatas uel perpetratas nequitias diluit. Solet
autem uentris appellatione mens accipi. quae sicut uenter
consumit escas. ita mens pertractando excoquit curas.
Quia enim uentris mens dicitur. ea sententia docet. quae scrip
ta est. In prouerbiis. Lucerna domini spiraculum
hominis. quae inuestigat omnia secreta uentris.
Ac si diceret. Diuini adflatus inluminatio cum in
mente hominis uenerit. eam sibi metipsi inlumi
nans ostendit. Quae ante sancti spiritus aduentum co
gitationes prauas & portare poterat. & pensa
re nesciebat. Liuor ergo uulneris absterget mala.
& plage in secretioribus uentris. quae cum exterius percu
timur. ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflicti reuocamur.
Atque ante oculos nostros cuncta quae a nobis sunt male ges
ta reducimus. & per hoc quod foris patimur. magis intus
quod fecimus dolemus. Vnde fit ut inter aperta uulne
ra corporis. amplius nos abluat plaga secreta uen
tris. quae sanat nequitias praui operis occultum uulnus
doloris. Ammonendi sunt egri. quatenus patientiae
uirtutem seruent. & incessanter quanta redemptor noster
ab his quos creauerat pertulit mala considerent. quod tot
obiecta conuitiorum opprobria sustinuit. quod de manu an
tiqui hostis captiuorum cotidie animas rapiens. in sul
tantium alapas accepit. quod aqua nos salutis diluens
a perfidorum sputis faciem non abscondit. Quod ad uocatio

ne sua nos ab eternis suppliciis liberaret tacitus flagella toleravit. Quod inter angelorum choros perhennes nobis honores tribuens colaphos pertulit. Quod a peccatorum nos punctionibus saluans. spinis caput supponere non recusavit. Quod eterna nos dulcedine debrians. in siti sua fellis amaritudinem accepit. Quod qui pro nobis patrem quamuis diuinitate esset equalis adoravit. sub irrisione adoratus tacuit. Quod uitam mortuis preparans. usque ad mortem ipse uita peruenit. Cur itaque a spū creditur. ut a deo homo toleret flagella pro malis. si tanta deus ab hominibus pertulit mala pro bonis. Aut quis sana intellegentia de percussione sua ingratus existat. si ipse hinc sine flagello non exiit. qui hic sine peccato uixit. XXXVIII.

Aliter ammonendi sunt qui flagella metuunt. et propterea innocenter uiuunt. Atque aliter ammonendi sunt qui sic in iniquitate duruerunt. ut neque per flagella corrigantur. Dicendum namque est flagella timentibus. ut et bona temporalia nequaquam pro magno desiderent. que adesse etiam prauis uident. et mala presentia nequaquam uelut intolerabilia fugiant. quibus hic plerumque etiam bonos affici non ignorant. Ammonendi sunt ut si malis ueraciter carere desiderant. eterna supplicia perhorrescant. neque in hoc suppliciorum timore remaneant. sed ad amoris gratiam nutrimento karitatis excrescant. Scriptum quippe est. In epistola iohannis

Perfecta karitas, foras mittit timorem. Et rursum scrip-
tum est. Ad romanos. Non accepistis spiritum seruitu-
tis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum
in quo clamamus abba pater. Unde idem doctor iterum
dicit. Ad corinthios. Ubi spiritus domini ibi libertas. Si
ergo adhuc a praua actione formidata pena prohi-
bet, profecto formidantis animum nulla spiritus libertatis
tenet. Nam si penam non metueret, culpam procul dubio
perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis, quam
ligat seruitus timoris. Bona enim pro semetipsis amanda
sunt, et non penis compellentibus exequenda. Nam qui
propterea bona facit, quia tormentorum mala metuit, uult non
esse quod metuat, ut audenter illicita committat. Unde
luce clarius constat, quod coram deo innocentia amittitur,
ante cuius oculos ex desiderio peccatur. At contra hi
quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt, tanto acrioris
inuectione feriendi sunt, quanto maiori insensibili-
tate duruerunt. Plerumque enim sine dedignatione dedignan-
di di sunt, sine desperatione desperandi, ita dumtaxat ut
et ostensa desperatio formidinem incutiat, et sub inuec-
ta ammonitio ad spem reducat. Districte itaque contra
illos diuine sententie proferende sunt, ut ad cogni-
tionem sui considerata eterna animaduersione re-
uocentur. Audiant enim in se impletum esse, quod scriptum
est. In prouerbiis. Si contuderis stultum
in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non aufe-

rer abeo stultacia eius. Contra hos propheta domino queritur
dicens. In ieremia. Attriuisti eos et renuerunt
accipere disciplinam. Hinc est quod dominus dicit. In esaia.
Percussi et perdidi populum istum. et tamen a uiis suis non sunt reuer
si. Hinc rursus ait. Populus non est reuersus ad percutientem
se. Hic uoce flagellantium propheta conqueritur dicens.
In ieremia. Curauimus babylonem et non est sanata.
fecto odio odisse est. et quod facti sunt diligere. et quod
faciunt. increpare. Mores prauorum premere. uite prodesse.
Pensandum ergo est. quando ab increpatione quiescitur. quanta
culpa cum pessimis pax tenetur. Si propheta tantus hoc
uelut in hostiam deo obtulit quod contra se pro domino prauorum
inimicitias excitauit. Hinc est quod leui tribus
assumptis gladiis per castrorum media transiens quia ferien-
in lib. numeri — dis noluit peccatoribus parcere. domino manus dicta est conse-
crasse. Hinc finees peccantium ciuium gratiam spernens.
coeuntes cum madianitis percussit. et iram domini iratus pla-
Sec. matth. — cauit. Hinc per semetipsam ueritas dicit. Nolite arbitrari
quia pacem ueni mittere in terram. non ueni pacem mittere. sed gla-
dium. Malorum namque cum incaute amicitiis iungimur culpis
ligamur. Unde iosaphat qui tot de ante acta uita preco-
niis attollitur. de achab regis amicitiis pene periturus incre-
patur. Cui a domino per prophetam dicitur. Impio prebes auxilium.
et his qui oderunt dominum amicitia iungeris. Et id-
circo iram quidem domini merebaris. Sed bona opera inuenta sunt
in te eo quod abstuleris lucos de terra iuda. Ab illo enim
qui summe rectus est. eo ipso iam discrepat. quo prauorum
amicitiis. uita nostra concordat. Admonendi sunt

pacati, nec si ad correptionis uerba prosiliant. tempora
lem pacem sibi conturbare formident. Rursumque admonendi
sunt. ut eandem pacem dilectione integra intrinsecus te
neant. quam per inuectionem uocis sibi extrinsecus turbant.
Quod utrumque prouide dauid se seruare cum dicit. Cum
his qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugna
bant me gratis. Ecce et loquens impugnabatur. et tamen
impugnatus erat pacificus. quia nec insanientes cessabat
reprehendere. nec reprehensos neglegebat amare. Hinc
etiam paulus ait. Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus
hominibus pacem habentes. Hortaturus enim discipulos
ut pacem cum omnibus haberent premisit dicens. Si fieri potest.
atque subiunxit quod ex uobis est. Difficile quippe erat ut
si male acta corriperent. habere pacem cum omnibus possent.
Sed cum temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpa
tione confunditur. inuiolata necesse est ut in nostro corde
seruetur. Recte itaque ait. Quod ex uobis est. Ac si ni
mirum dicat. Quia pax ex duarum partium consensu sub
sistit. si ab eis qui corripiuntur expellitur. Integra tamen
in uestra qui corripitis mente teneatur. Unde idem rursus
discipulos admonet dicens. Si quis non obedit uerbo nostro per epi
stolam. hunc notate et ne commisceamini cum illo ut confun
datur. atque illico adiunxit. Et nolite ut inimicum ex
istimare illum. sed corripite ut fratrem. Ac si diceret. Pacem
cum eo exteriorem soluite. sed interiorem circa illum medullitus custo
dite. ut peccantis mentem sic uestra discordia feriat. quatenus
pax a uestris cordibus nec abnegata discedat. XLVI.

XLVIII. Aliter admonendi sunt seminantes iurgia, atque aliter
pacifici. Admonendi namque sunt qui iurgia seminant, ut cuius
sint sequaces agnoscant. De apostata quippe angelo scriptum
Secundum Matheum. est. Cum bone messi zizania fuissent superseminata: Inimicus ho
mo hoc fecit. De cuius etiam membro per Salomonem dicitur: Homo apostata
In proverbiis. vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede,
digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et omni tempore
iurgia seminat. Ecce quem seminantem iurgia dicere
voluit, prius apostatam nominavit. Quia nisi more super
bientis angeli a conspectu conditoris prius interius aversione mentis
caderet, foris postmodum usque ad seminanda iurgia non
veniret. Qui recte describitur quod annuit oculis, digito
loquitur, terit pede. Interior namque est custodia que ordinata
servat exterius membra. Qui ergo statum mentis perdidit, subse
quenter foras in inconstantiam motionis fluit, atque exteriori
mobilitate indicat quod nulla interius radice subsistat.
Secundum Matheum. Audiant iurgiorum seminatores quod scriptum est: Beati pa
cifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Atque e diverso colligant,
quia si Dei filii vocantur qui pacem faciunt, procul dubio satha
ne sunt filii qui confundunt. Omnes autem qui per discordiam
separantur, a viriditate dilectionis arescunt. Qui et
si boni operis fructus in sua actione proferunt, profecto
nulli sunt, quia non ex unitate caritatis oriuntur. Hinc
ergo perpendunt seminantes iurgia quam multipliciter peccant,
qui dum unam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cun
ctas simul virtutes eradicant. In uno enim malo innu
mera peragunt, quia seminando discordiam caritatem que

nimirum uirtutum est omnium mater extinguitur. Quia
autem nichil est preciosius deo. uirtute dilectionis. nil de
siderabilius est diabolo extinctione caritatis. Quis
quis igitur seminando iurgia dilectionem proximorum
perimit. hosti dei familiarius seruit. quia qua ille amissa
cecidit. hanc iste uulneratis cordibus subtrahens eis
iter ascensionis abscidit. At contra amonendi sunt
pacifici. ne tante actionis pondus leuigent. si mt̄
quos fundare pacem debeant ignorent. Nam sicut mul
tum nocet si unitas desit bonis. ita ualde est noxium
si non desit malis. Si ergo peruersorum nequitia in pacem iungitur.
profecto eorum malis actibus robur augetur. Quia quo
sibi in malicia congruunt. tanto se robustius bonorum
afflictionibus illidunt. Hinc namque est quod contra dampnati illius
uasis uidelicet antichristi predicatores diuina uoce beato
iob dicitur. Membra carnium eius coherentia sibi. Hinc
sub squamarum specie de eius satellitibus perhibetur. una
uni coniungitur. et ne spiraculum quidem incedit per eas. Sequaces
quippe illius quo nulla inter se discordie aduersitate diuisi sunt
in bonorum grauius nece glomerantur. Qui ergo iniquos pace
sociat iniquitati uires aministrat. quia bonos deterius deprimit
quos et unanimiter persecuntur. Unde et predicator egregius
graui phariseorum saduceorumque persecutione deprehensus. inter se
metipsos diuidere studuit. quos contra se unitos grauiter
uidit. cum clamauit dicens. Viri fratres ego phariseus
sum filius phariseorum. De spe et resurrectione mortuorum ego
iudicor. Dumque saducei spem resurrectionemque mortuorum

69

esse denegarent quia pharisei iuxta sacri eloquii praecepta
crederent. facta persecutorum unanimitate dissensio est.
et diuisa turba illesus paulus exiit. quem hunc
unita prius immaniter pressit. Admonendi itaque sunt.
qui faciendae pacis studiis occupantur. ut prauorum mentibus
prius amorem debeant internae pacis infundere. quatenus
eis postmodum ualeat exterior pax prodesse. ut dum eorum cor
in illius cognitione suspenditur. nequaquam ad
nequitiam ex huius persecutione rapiatur. dumque
superna prouident. terrena nullo modo ad usum suae
deteriorationis inclinent. Cum uero peruersi quique tales
sunt ut nocere bonis nequeant. et si concupiscunt.
inter hos nimirum debet terrena pax construi et priusquam
ab eis ualeat superna cognosci. Ut hi scilicet quos
contra dilectionem dei malitiae suae impietas exasperat.
saltem ex proximi amore mansuescant. et quasi
e uicino ad melius transeant. ut ad illam
quae a se longe est. pacem conditoris ascendant. XLVIII.

Aliter admonendi sunt qui sacrae legis uerba non recte
intellegunt. Atque aliter qui recte quidem intellegunt
sed haec humiliter non loquuntur.

Admonendi enim sunt. qui sacrae legis uerba non recte
intellegunt. ut perpendant quia saluberrimum
uini potum in ueneni sibi poculum uertunt. ac per
medicinale ferrum uulnere mortali se feriunt.

Dum per hoc insana perimunt. per quod salubriter abscidere
sauciata debuerunt. Admonendi sunt.

ut perpendant quod scriptura sacra in nocte vite presentis.
quasi quedam nobis lucerna sit posita. cuius nimirum verba
dum recte intelligere nolunt. de lumine tenebrescunt. Quos
videlicet ad intellectum pravum intentio perversa non raperet.
nisi prius superbia inflaret. Dum enim se pre ceteris sapientes
arbitrantur. sequi alios ad melius intellecta despici
unt. atque ut apud imperitum vulgus scientie sibi nomen extor
queant. Student summopere et ab aliis recta intellecta destru
ere. et sua perversa superare. roborare. Unde bene per prophetam
dicitur. Secuerunt pregnantes galaad. ad dilatandum
terminum suum. Galaad namque acervus testimonii interpretatur.
Et quia cuncta simul congregatio ecclesie per confessionem servit.
testimonio veritatis. Non incongrue per galaad ecclesia
exprimitur que ore cunctorum fidelium de deo que sunt
vera testatur. Pregnantes autem vocantur anime. que in
tellectum verbi ex divino amore concipiunt. ut si ad perfec
tum tempus veniant. conceptam intellegentiam operis ostensione
pariant. Terminum vero suum dilatare est. opinionis sue
nomen extendere. Secuerunt ergo pregnantes galaad
ad dilatandum terminum suum. quia nimirum heretici mentes fidelium
que iam aliquid de veritatis intellectu conceperant. perversa predica
tione perimunt. et scientie sibi nomen extendunt. Parvulorum
corda iam de verbi conceptione gravida erroris gladio scin
dunt. et quasi sui opinionem faciunt. Hos ergo cum conamur
instruere ne perversa sentiant. admoneamus prius necesse est.
ne inanem gloriam querant. Si enim radix elationis exciditur.
consequenter rami prave assercionis arefiunt. Admonendi sunt

legenda

70

etiam ne errores discordiasque generando, legem dei que eis ad custo-
diam data est, ut sacrificia sathane prohibeat, eandem ipsam in sathane
sacrificium vertant. Unde per prophetam queritur dominus dicens. Dedi
eis frumentum vinum et oleum et argentum multiplicavi eis, et
aurum que fecerunt baal. Frumentum quippe a nobis accipimus
quando indictis obscurioribus subducto tegmine littere per medul-
lam spiritus legis interna sentimus. Vinum suum nobis dominus prestat,
cum scripture sue alta predicatione nos debriat. Oleum quoque
suum nobis tribuit, cum preceptis apertioribus vitam nostram blanda
lenitate disponit. Argentum multiplicat, dum nobis luce
veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos ditat,
quando cor nostrum intellectu summi fulgoris irradiat. Que cunc-
ta heretici baal offerunt, quia apud auditorum corda cor-
rupte omnia intellegendo pervertunt. Et de frumento dei vino
atque oleo, argento pariter et auro, sathane sacrificium im-
molant, quia ad errorem discordie verba pacis inclinant.
Unde admonendi sunt ut perpendant quia dum perversa mente de preceptis
pacis discordiam faciunt, iusto dei examine ipsi de verbo vite
moriuntur. Atcontra admonendi sunt qui recte quae verba legis
intelligunt sed humiliter non loquuntur. Ut in divinis
sermonibus prius quam eos aliis proferant, semetipsos requirant,
ne insequentes aliorum facta se deserant. Et cum recte cuncta
de sacra scriptura sentiunt, hoc solum quod per illam contra elatos
dicitur non attendant. Imperitus quippe et ineptus est medicus
qui alienum mederi appetit, et ipse vulnus quod patitur ne-
scit. Qui igitur verba dei humiliter non locuntur, profecto
admonendi sunt, ut cum medicamina egris apponunt, prius

uiruſ ſue peſtiſ inſpiciant. ne alioſ medendo moriant̃.
Admonen debent ut conſiderent ne uita a dictiſ dicendi
qualitate diſcordent. ne loquendo aliud. & oſtendendo
aliud p̄dicent. Audiant itaq; q̃ ſcriptũ eſt. Si quiſ loquit̃ quaſi
ſmoneſ dĩ. Qui ergo uerba que pferunt ex propriiſ nõ habent
cur quaſi de ppriiſ tument. Audiant q̃ ſcriptũ eſt. Sic ex
dõ coram deo in xpo loquim̃. Ex dõ enĩ coram dõ loquitur
q̃ p̄dicationiſ uerbũ & q̃ a dõ accepit intelligit. & placere
p illud dõ non hominib; querit. Audiant q̃ ſcriptũ eſt.
Abhominatio dĩ eſt omniſ arrogans. Quia uidelic;
dũ in uerbo dei gl̃am ppriam querit. iuſ dantiſ inuadit.
eumq; laudiſ ſue poſt ponẽ nequaquã metuit. a quo
hipſũ q̃ laudatur accepit. Audiant q̃ p̄dicatori p ſalo
monem dicitur. Bibe aquã de ciſterna tua. & fluenta
putei tui. Deriuent̃ fonteſ tui foraſ. & in plateiſ aquaſ
diuide. Habeto eaſ ſoluſ. nec ſint alieni participeſ tui.
Aquã quippe p̄dicator de ciſterna ſua bibit. cũ ad cor
ſuum rediens p̃uſ audit ipſe q̃d dicit. Bibit ſui fluenta
putei. ſi ſuo irrigatione infundit̃ uerbi. Ubi bene ſub
iungitur. Deriuentur fonteſ tui foraſ. & in plateiſ
aquaſ diuide. Rectũ quippe eſt. ut ipſe p̃uſ bibat. & tũc
p̄dicando aliiſ influat. Fonteſ namq; foraſ deriuare eſt.
extriuſ aliiſ in p̄dicationeſ infundere. In plateiſ aũt aquaſ
diuidere eſt. in magna auditorũ amplitudine iuxta
uniuſ cuiuſq; qualitatẽ diuina eloquia diſpenſare. Et quia
pleruq; maniſ glẽ appetit̃ ſubripit. Huiuſmodi ad mul
torũ noticiã currit. Poſtquã dictũ eſt. in plateiſ aquaſ

diuide. Recte ſubiungitur. Habeto eaſ ſolus. nec ſint alieni participes. Alienos quippe malignos ſpiritus uocat. de quibus per prophetam temptati uoce hominis dicitur. Alieni inſurrexerunt in me. et fortes quęſierunt animam meam. Ait ergo. Aquę et in plateis diuide. et tamen ſolus habe. ac ſi aperte dicat. Sic neceſſe est ut prędicationi exterius ſeruias. quatenus per elationem te inmundis ſpiritibus non coniungas. ne in diuini uerbi miſterio. hoſtes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo in plateis diuidimus. et tamen ſoli poſſidemus. quando exterius late prędicationem fundimus. et tamen per eam humanas laudes adſequi minime ambimus; xlviiii

Aliter amonendi ſunt qui cum prędicare digne ualeant pre nimia humilitate formidant. Atque aliter amonendi ſunt quos a prędicatione uel inperfectio uel ętas prohibet. et tamen precipitatio inpellit. Admonendi namque ſunt. qui cum prędicare utiliter poſſunt. inmoderata tamen humilitate refugiunt. ut ex minori conſideratione colligant. quantum in maioribus rebus delinquant. Si enim indigentibus proximis ipſi quas haberent pecunias abſconderent. adiutores procul dubio calamitatis extitiſſent. Quo igitur reatu conſtringantur aſpiciant. qui dum peccantibus fratribus uerbum prędicationis ſubtrahunt. morientibus mentibus uitę remedia abſcondunt. Unde et bene quidam ſapiens dicit. Sapientia abſcondita et theſaurus inuiſus. quę utilitas in utriſque. Si populos fames adtereret et occulta ipſi frumenta ſeruarent. auctores procul dubio mortis exiſterent. Qua itaque plectendi ſunt pena conſiderent. qui cum fame uerbi animę pereant. ipſi panem

in amos.

perfecte gratiae non ministrant. Unde et per salomonem
[salomon] dicitur. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis.
Frumenta quippe abscondere est praedicationis sanctae apud se uerba re
tinere. In populis autem talis quisque maledicitur quia in solius
culpa silentii pro multorum quos corrigere potuit poena
damnatur. Si medicinalis artis minime ignari secan
dum uulnus cernerent et tamen secare recusarent profecto
peccatum fraternae mortis ex solo torpore committerent. Quanta
ergo culpa inuoluantur aspiciant qui dum cognoscant uul
[ieremias] nera mentium curare ea neglegunt sectione uerborum.
Unde et bene per prophetam dicitur. Maledictus qui prohibet
gladium suum a sanguine. Gladium quippe a sanguine prohi
bere est praedicationis uerbum a carnalis uitae interfectione reti
nere. De quo rursum gladio dicitur. Et gladius meus deuo
rabit carnes. Hi itaque cum apud se sermonem praedicationis occul
tant diuinas contra se sententias terribiliter audiant
quatenus ab eorum cordibus timorem timor expellat. Audiant
quod talentum erogare noluit cum sententia damnationis
amisit. Audiant quod paulus eo se a proximorum
sanguine mundum credidit quo feriendis eorum uitiis
non pepercit dicens. Contestor uos hodierna die quia
mundus sum a sanguine omnium; non enim subterfugi
quominus adnuntiarem omne consilium dei uobis.
Audiant quod uoce angelica iohannes admonetur cum dicitur.
Qui audit dicat ueni. Ut nimirum cuius se uox in
terna insinuat illuc etiam clamando alios quo ipse rapitur
trahat. Ne clausas fores etiam uocatus inueniat si

ut docendi vacans appropinquat. Audiat Isaias
qui verbi ministerio tacuit. illustratus superno lumine.
magna voce penitentie semet ipsum reprehendit dicens. Ve
michi quia tacui. Audiant quod per Salomonem in illo predicationis
scientia multiplicare promittitur. quod in hoc quod iam obtinuit tor
poris vitio non tenetur. Ait namque; anima que benedicit;
impinguabitur. Et qui inebriat ipse quoque inebriatur. Qui enim
exterius predicando benedicit interioris augmenti pinguedinem
recipit. Et dum vino eloquii auditorum mentem debriare non
desinit. Potu multiplicati muneris debriatus excrescit.
Audiant quod David hoc in munere obtulit. quod predicationis
gratiam quam acceperat non abscondit dicens. Ecce labia mea
non prohibebo domine tu cognovisti. Iustitiam tuam non abscondi
in corde meo veritatem tuam et salutare tuum dixi. Audi
ant quod sponsi conloquio ad sponsam dicitur. Que habitas in hor
tis amici ausculta fac me audire vocem tuam. Ecclesia quippe
in hortis habitat. que ad viriditatem intimam exulta plan
taria virtutum fuat. Cui vocem amicos auscultare est.
electos quosque verbum predicationis illius desiderare. Quam
videlicet vocem sponsus audire desiderat. quia ad predicatio
nem eius per electorum suorum animas anhelat. Audiant quod Mo
yses cum irascentem deum populo cerneret. et ad sumi ad
ulciscendum gladios ubi illos a parte dei denuntiavit exi
stere. qui delinquentium scelera inconctanter ferirent
dicens. Si quis est domini iungatur mihi. ponat vir gladium super
femur suum. ite et redite de porta usque ad portam per medium
castrorum. et occidat unusquisque fratrem et amicum et proximum
suum. Gladium quippe super femur ponere est predicationis studium volup
tatibus carnis anteferre. Ut cum sancta quis studet dicere. curet necesse
est illicitas suggestiones edomare. De porta vero usque ad portam
ire est. a vitio usque ad vitium per quod ad mentem mors ingreditur
increpando discurrere. Per medium vero castrorum transire est tanta
equalitate intra ecclesiam vivere. ut qui delinquentium culpas re
darguit. in nullius se debeat favore declinare. Unde et recte

ſubiungit. Occidat uir fratrem ſuũ et amicũ et proximum
ſuum. Fratrẽ ſcilicet et amicũ et ꝓximũ int̃ficit. qui cũ
puniẽnda inuenit. ab increpationis gladio nec eis quos
ꝑ cognationẽ diligit parcit. Si ergo ille dĩ dr̃ q ad
feriẽnda uitia zelo diuini amoris excitatur. ꝑfecto eẽ
ſe dĩ denegat. qui in quantũ ſufficit increpare uitã
carnaliũ recuſat. Et contra admonendi ſunt. quos
a ꝑdicationis officio l̃ ipſa imꝑfectio uł etas ꝓhibẽ. et tam
ꝑcipitatio impellit. ne dũ tanti ſibi onus officii ꝑcipita
tione arrogant. uiã ſibi ſubſequentis meliorationis ab
ſcidãt. Et cũ arripiunt intẽpeſtiue q̃ non ualent
ꝑdant. etiã q̃ implere quandoq; tẽpeſtiue potuiſſent.
atq; ſcientiã qua incongrue conant̃ oſtendẽ. iuſte oſte
ndant̃ amiſſe. Admonendi ſunt ut conſiderent
q̃ pulli auium ſi ante pennarũ ꝑfectionẽ uolare
appetunt. unde ire alta cupiunt. inde inima mer
guntur. Admonendi ſunt ut conſiderent q̃ ſtructuris
recentib; nec dũ que ſolidatis ſi tignoꝝ pondus ſupponit̃.
non habitaculũ ſ; ruina fabricat̃. Admonendi ſunt ut
conſiderẽt q̃ conceptas ſoboles femine. ſi prius quã plene
formentur ꝓferunt nequaquã domos ſ; tumulos replẽt.
hinc eſt enĩ q̃ ueritas ipſa. que repente quos uellet
roborare potuiſſet. Ut exẽplũ ſequentib; daret̃. ne im
ꝑfecti ꝑdicare ꝑſũmerent. poſtquã plene diſcipulos
de uirtute ꝑdicationis inſtruxit. ilico adiunxit. Uos
aũt ſedete in ciuitate. quoadusq; induamini uirtutẽ
ex alto. In ciuitate quippe conſiderem̃ ſi intra intĩmũ nr̃aꝝ
nos clauſtra conſtringim̃. ne loquendo exterius euagem̃.

ut cũ uirtute diuina pfecte induimur. Te quasi a no
bis metipsis foras etiã alios instruentes exeam̃. hinc p
quendã sapientem dr. Adolescens loquere in causa tua. vix
et sibi si interrogatus fueris. habeat initiũ responsio
tua. hinc est q idem redemptor nr. cũ in celis sit conditor
et ostensione sue potentie sẽp doctor angeloz. in trige
nale tẽpus intra magister fieri noluit hominum.
ut uidelic& precipitatis. ui salubrimi timoris infunderet.
Cũ ipse etiã q labi non poss& pfecte uite grãm. non nisi
pfecta etate pdicass&. Scriptũ qppe est. Cũ factus ess&
annoz duodecĩ remansit puer ihs in hierusalẽ, de quo
a parentib; requisito paulo post subditur. Inuenerunt
illũ in tẽplo sedentẽ in medio doctoz. audientem illos
et interrogantẽ. Vigilanti itaq; consideratione pe
nsandum est. q cũ eẽt ihs annoz xii. dr in medio
doctoz sedens. non docens s; interrogans inuenitr. quo
exẽplo scilic& ostenditur ne infirmus sui legitimũ non
habens etatẽ. siue non est sensu pfectus. docẽ q audeat.
si ille puer doceri interrogando uoluit. q p diuinitatis
potentiã uerbũ scientie ipsis suis doctorib; ministrauit.
Cũ u pp paulũ discipulũ dicatur. Precipe hec et doce. nemo
adolescentiã tuã contẽpnat. Sciendũ nob est. q in sacro
eloqo aliquando adulescentia iuuentus uocatr. Quod citius
ostenditur. Si salomonis ad mediũ uba pferantur. qui ait.
Letare iuuenis in adulescentia tua. Si enim unũ ẽẽ utraq;
n decerner&, quẽ monebat in adolescentia iuuenẽ non uocar&.

Li. Aliter lẽtamonendi sunt qui in hoc q terrena appetunt
prosperantur.

Atq(ue) alii q(ui) ea q(uae) que mundi sunt concupiscunt . (et) tam(en)
adu(er)sitatis labore fatigantur . Ammonendi naq(ue) sunt q(ui)
nil (con)temporalit(er) appetunt (pro)sp(er)ant(ur) . ne cu(m) cuncta ad uotu(m)
suppetunt . datore(m) querere neglegant . (et) in his que dant(ur)
animu(m) figant . ne peregrinatione(m) p(ro) patria diligant . ne sub
sidia itineris in obstacula p(er)uentionis uertant . ne nocturno
lune lumine delectati . claritate(m) solis uidere refugiant .
Ammonendi itaq(ue) sunt ut queq(ue) in h(oc) mundo consequuntur .
calamitatis solatia non aute(m) p(re)mia retributionis credant .
(et) contra fauores mundi mente(m) erigant . ne in eis tota
cordis delectatione succubant . Quisq(ue) eni(m) p(ro)speritate(m)
qua utitur apud iudiciu(m) cordis melioris uite amore
non reprimit . fauore uite transeuntis in mortis p(er)petue
occasione(m) uertit . Hinc est enim q(uod) sub idumeoru(m) specie q(ui)
uincendos se p(ro)speritatis sue relinquerant huius mundi
successib(us) letantes increpantur cu(m) d(icitu)r . Dederunt terra(m) mea(m) In ezech.
sibi in h(er)editate(m) cu(m) gaudio ex toto corde (et) ex animo .
q(ui)b(us) u(er)bis (com)p(re)hendit(ur) . q(uo)d non solu(m) q(uia) gaudent . s(ed) q(uia) toto corde et ex animo gaudent . districta ratione feriant(ur) . Hinc In p(ro)u(er)biis.
salomon ait . Auersio paruuloru(m) interficiet eos (et) p(ro)speritas
stultoru(m) p(er)det illos . Hinc paulus ammonet dicens . Qui ad corinthios
emunt tamqua(m) non possidentes . Et qui utuntur h(oc) mundo .
tamqua(m) non utant(ur) . Ut uidelicet sic nobis que subpetunt .
exterius famulent(ur) [?] . quatenus a sup(er)ne delectationis studio
animu(m) n(on) inflectant . ne luctu(m) [?] nobis in t(er)ne peregrinationis
tepent [?] ea que in exiliu(m) positis subsidiu(m) prebent . Et q(uasi)
felices nos in transitoriis gaudeam(us) q(ui) ab eternis nos interim

miſeroſ cernim̄. Hinc n̄aq; eſt. quod electoꝝ
uoce dicat ecclā. Leua ei ſub capite meo. & dex
tera illiuſ ãplexabitur me. ſiniſtrã di ꝓſperitatẽ
uidelicꝫ uite p̃ſentiſ quaſi ſub capite poſuit. quã
intentione ſũmi amoriſ p̃mit. Dextera di uõ eam
ãplectitur qa ſub et̃na ei beatitudine tota deuotiõe
continetur. Hinc rurſũ ꝑ ſalomonẽ dicitur. Longi
tudo dierũ i dextra ei. uõ illiuſ in ſiniſtra diuitie ⁊
glã. Diuitie itaq; & glã in ſiniſtra nominauit qua
lit̃ ſint habenda docuit. que poſita in ſiniſtra nominau
hinc pſalmiſta ait. Saluũ me fac dextera tua. Neq; enĩ
ait manu ſed dextera. Ut uidelicꝫ cũ dexterã di
ceret. qa et̃nã ſalutẽ quereret indicaret. Hinc rur
ſum ſcͥptũ eſt. Dextera manꝰ tue dñe confregit ini
micoſ. hoſteſ enĩ di & ſi in ſiniſtra ei ꝓficiunt. dextra
frangunt̃. quia plerũq; p̃uoſ uita p̃ſenſ eleuat. ſꝫ
aduentuſ beatitudiniſ et̃ne dãpnat. Admonendi ſ
qui in hoc mundo ꝓſperantur. ut ſollert̃ conſiderent
q p̃ſentiſ uite ꝓſperitaſ. aliquando idcirco datur
ut ad meliorẽ uitã ꝓuocet. Aliquando uõ. ut in
et̃nũ plenius dãpnet. Hinc eſt enĩ q plebi iſrlitice
chanaan t̃ra ꝓmittit̃. Ut quandoq; ad et̃na ſpe
randa ꝓuocatur. neq; enĩ rudiſ ille populuſ
ꝓmiſſionib; di in longinquum crederet. ſi a promi
ſſore ſuo nõ etiã e uicino aliqd ꝑcepiſſet. Ut ergo
ad et̃noꝝ fidẽ certiuſ roboretur. nequaquã ſolũ mõ
ſpe ad reſ. ſꝫ reb; q̊q ad ſpẽ t̃hitur. quod liquido pſalmiſ

pſalmiſta teſtatur dicenſ. Dedit eiſ regioneſ gentiū
& laboreſ populoꝝ poſſederunt. Vt cuſtodiant iuſti
ficationeſ eiꝰ. & legē eiꝰ exquirant. Sꝫ cū largiente dn̄o
humana menſ boni opiſ reſponſione non ſequitur. vn̄
nutrita pie credit̄. iuſtiuſ inde dāpnat̄. Hinc enī
pſalmiſtam rurſū dicit̄. Deiecisti eoſ dū alleuarent̄.
q̄a uidelicet reprobi cū recta opa diuiniſ muneribꝫ non
rependunt. cū totoſ ſe hic deſerunt. & affluentibꝫ pſpe
ritatibꝫ demittūt. unde exteriuſ pficiūt. inde ab intimiſ
cadunt. Hinc ē q̄ in inferno cruciato diuiti dicitur.
recepiſti bona in uita tua. Idcirco enī bona hic recipit
& maluſ. ut illic plenius mala recipet. q̄a hic fuerat
nec p bona cōuerſuſ. Et contra amonendi ſūt. q̄ ea q̄ d̄ q̄
mundi ſ̄ concupiſcunt. ſ; tamē aduſitatiſ labore fati
gantur. ut ſollicita conſideratione ppendant. cre
ator diſpoſitorq; cunctoꝝ. quanta ſup eoſ gratia
uigilet. quoſ in ſua deſideria non relaxat. Egro
q̄ppe quē medicꝰ deſperat. concedit ut cuncta
quę concupiſcit accipiat. nā q̄ ſanari poſſe creditur.
a multiſ quę appetit phibetur. & pueriſ nūmoſ ſub
trahimuſ. q̄bꝰ tota ſimul patrimonia heredibꝫ reſer
uamꝰ. Hinc ergo de ſpe eternę hereditatiſ gaudiū ſūmant.
quoſ aduſitaſ uitę tēporaliſ humiliat. q̄a niſi ſal
uandoſ in ppetuū cerneret. erudiendoſ ſub diſciplinę
regimine diuina diſpenſatio non frenaret. Admonendi
itaq; ſunt. q̄ in hiſ que tēporalia ſ̄ concupiſcunt adu
ſitatiſ labore fatigantur. ut ſollicite conſiderent.

quod plerumque etiam iustos cum temporalis potentia
suscipit uelud in laqueum culpa comprehendit.
nam sicut in priori huius uoluminis parte iam diximus.
dauid deo amabilis rex fortior fuit in seruitio quam cum
peruenit ad regnum. seruus namque amore iustitie deprehensum
aduersarium ferire timuit. Rex autem
persuasione luxurie deuotum militem etiam subdola
machinatione extinxit. Quis ergo opes. quis potestates.
quis gloriam querat innoxie. si et illi extiterunt
noxia qui habuit non quesita. Quis
inter hec sine magni discriminis labore saluabitur.
si ille in his culpa interueniente turbatus est. q adhec
Admonendi sunt ut considerent quod salomon
post tantam sapientiam usque ad idolatriam cecidisse
describitur. nil in hoc mundo priusquam caderet
aduersitatis habuisse memoratur. Et concessa sapientia
funditus corde seruit. quod nulla uel minima tribu
lationis disciplina custodiuit. L II.
Aliter admonendi sunt subligati coniugiis. atque aliter
a coniugii nexibus liberi. Admonendi namque sunt
coniugiis subligati. ut cum uicissim que sunt alterius
cogitant. sic eorum quisque placere studeat coniu
gi ut non displiceat conditori. Sic ea que huiusmodi
sunt agant. ut tamen appetere que dei sunt non obmit
tant. Sic de bonis presentibus gaudeant. ut tamen inten
tione sollicita mala eterna pertimescant. Sic de
malis temporalibus lugeant. ut tamen consolatione in

tegra spem in bonis perhennibus figant. Quatenus dum in transitu cognoscunt esse que agunt, in mansione que appetunt inueniant. Nec mala mundi confringant, cuius spes bonorum celestium roborat. Nec bona presentis uite decipiant. Itaque animus christianorum coniugum et infirmus est et fidelis, qui et plene cuncta temporalia despicere non ualet, et tamen eternis se coniungere per desiderium ualet. Quamuis in delectatione carnis interim iaceat, superne spei refectione conualescat. Et si habet que mundi sunt in usu itineris, speret que dei sunt in fructu peruentionis. Nec totum se ad hoc quod agit conferat, ne ab eo quod robuste sperare debuit funditus cadat. Quod bene ac breuiter paulus exprimit dicens. Qui habent uxores, tamquam non habentes sint. Et qui flent tamquam non flentes. Qui sic per illam carnali consolatione utitur, ut tamen numquam a prauis opera melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Uxorem quasi non habendo habet, qui transitoria esse cuncta conspiciens, curam carnis ex necessitate tolerat, sed etiam gaudia spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere est, sic exteriora aduersa plangere, ut tamen nouit eterne spei consolatione gaudere. Et rursum non gaudendo gaudere est, sic de infimis animum attollere, ut tamen numquam desinat summa formidare. Ubi apte quoque paulo post subdit: preterit enim figura huius mundi. Ac si aperte diceret: Nolite con

[margin, beside lines 5–7:] cum sui spe certa subsequentis iudicii mala esse flant

[margin, beside lines 15–18:] et qui gaudent tamquam non gaudentes. Uxorem quippe quasi non habendo habet.

ſtant mundum diligere. quando et ipſe non poteſt quem
diligis ſtare. In caſum cor quaſi manentes figis
dum fugit ipſe quem amatis. Admonendi ſunt coniu
ges. ut ea in quibus ſibi aliquando diſplicent. et patien
tes invicem tolerent. et exorantes invicem ſalvent.
Scriptum namque eſt. invicem onera veſtra portate. et ſic adim
plebitis legem Chriſti. Lex quippe Chriſti. caritas eſt. Quia
ille nobis et largiter ſua bona contulit. et equanimiter
mala noſtra portavit. Tunc ergo legem Chriſti imitando comple
mus. quando et noſtra bona benigne conferimus. et
noſtrorum mala pie ſuſtinemus. Admonendi quoque ſunt. ut
eorum quiſque non tam que ab altero toleret. quam que ab ipſo
tolerantur attendant. ſi enim ſua que portantur
conſiderat. ea que ab altero ſuſtinet levius portat.
Admonendi ſunt coniuges ut ſuſcipiende prolis ſe me
minerint cauſa coniunctos. et cum inmoderate admi
xtionis ſervientes. procreationis articulum in uſum tranſ
ferunt voluptatis. perpendant quod licet extra non
exeant. in ipſo tamen coniugio coniugii iura tranſcen
dunt. Unde neceſſe eſt. ut crebris orationibus dele
ant quod pulchram copule ſpeciem admixtis volupta
tibus fedant. Hinc eſt enim quod peritus medicine celeſtis
apoſtolus. non tam ſanos inſtruit. quam infirmis medi
camenta monſtravit dicens. De quibus ſcripſiſtis mihi. bo
num eſt homini mulierem non tangere. propter fornicatio
nem autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat. Qui
enim fornicationis metum premiſit. profecto inſtantibus precepti

contulit. Sed ne fortasse in tanta ruerent lectum cadentibus ostendit.
Unde adhuc infirmantibus subdit. Uxori uir debitum
reddat. similiter et uxor uiro. Quibus dum in magna
honestate coniugii aliquid de uoluptate largiretur. paulo
post addit. Hoc autem dico secundum indulgentiam. non secundum
imperium. Culpa quippe esse innuitur. quod indulgeri perhibetur.
sed tanto citius relaxetur. quanto non per hanc illicitum
quid agitur. sed hoc quod est licitum sub moderatione non tenetur.
Quod bene loth in semetipso exprimit. qui ardentem so
domam fugit. sed tamen segor inueniens nequaquam
mox montana conscendit. Ardentem quippe sodomam
fugere est. inlicita carnis incendia declinare. Alti
tudo uero est montium munditia continentium.
Vel certe quasi in monte sunt. qui etiam carnali copule
inherent. sed tamen extra suscipiende prolis ammixtionem
debitam. nulla carnis uoluptate soluuntur. In monte
quippe stare quid est aliud nisi fructum propaginis in carne
non querere. In monte stare est. carni carnaliter non
adherere. Sed quia multi sunt qui scelera quidem carnis deserunt.
nec tamen in coniugio positi. usus solummodo debiti iura
conseruant. Exiit quidem loth sodoma. sed tamen mox ad
montana non peruenit. Quia iam dampnabilis uita relin
quitur. sed adhuc celsitudo coniugalis continentie
subtiliter non tenetur. Est uero in medio segor ciuitas
que fugientem saluet infirmum. Quia uidelicet
cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges. et lap
sus scelerum fugiunt. et tamen uenia saluantur.

Quasi parvam quippe civitatem inveniunt. in qua
ab ignibus defendunt. Quia coniugalis scilicet vita.
non quidem in virtutibus mira est. sed tamen a supplicio
secura. Unde idem loth ad angelum dicit.
Est civitas haec iuxta ad quam possum fugere parva.
et salvabor in ea. Numquid non modica est. et
vivet anima mea. Iuxta ergo dicitur et tamen
ad salutem tuta perhibetur. quia coniugalis vita.
nec a mundo longe divisa est. nec tamen a gaudio
salutis aliena. Sed tunc in actione hac
vitam suam coniuges quasi in parva civitate custo
diunt. quando pro se assiduis deprecationibus inter
cedunt. Unde et recte per angelum ad eum
dem loth dicitur. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas.
ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Quia
videlicet cum deo deprecatio funditur. nequaquam
talis coniugii vita dampnatur. De qua deprecati
one quoque paulus admonet dicens. Nolite frauda
re invicem. nisi ex consensu ad tempus ut vacetis
orationi. Et contra amonendi sunt. qui ligati
coniugio non sunt. ut praeceptis caelestibus eo rectius
obsequantur. quo eos ad curas mundi nequaquam iu
gum copule carnalis inclinat. Ut quos onus lici
tum coniugii non gravat. nequaquam pondus
illicitum terrene sollicitudinis premat. Sed tan
to eos paratiores dies ultimus quanto et ex
peditiores inveniat. Ne quo meliora agere va

cantes possunt. si tamen neglegunt. et suppli-
cia deteriora mereantur. Audiant quod scriptum est.
paulus cum quosdam ad celibatus gratiam instrueret.
non coniugium spreuit. sed curas mundi nasce-
ntes ex coniugio repulit dicens. Hoc ad uti-
litatem uestram dico. Non ut laqueum uobis iniciam.
sed ad id quod honestum est. et quod facultatem praebeat sine
impedimento domino obseruandi. Ex coniugiis quippe
terrene sollicitudines prodeunt. Et idcirco magister
gentium auditores suos ad meliora persuasit.
ne sollicitudine terrena ligarentur. Quem ergo ce-
libem curarum secularium impedimentum praepedit. et
coniugio se nequaquam subdidit. et tamen con-
iugii onera non euasit. Admonendi sunt
celibes. ne sine dampnationis iudicio misceri se
feminis uacantibus putent. Cum enim paulus
fornicationis uitium tot criminibus execrandis
inseruit. Cuius sit reatus increpauit dicens. Neque
fornicatores. neque idolis seruientes. neque adulteri.
neque molles. Neque masculorum concubitores. Neque fures.
Neque auari. neque ebriosi. Neque maledici. neque ra-
paces. regnum dei possidebunt. Et rursum. Fornica-
tores autem et adulteros iudicabit deus. Admonendi
itaque sunt. ut si temptationum procellas cum difficul-
tate salutis tollerant. Coniugii portum petant.
Scriptum quippe est. Melius est nubere quam uri. Sine
culpa scilicet ad coniugium ueniunt. si tamen me-

liora negotii deuouerunt. Nam quisquis bonum manus
subire proposuit. bonum minus gerere illicitum fecit.
Scriptum quippe est. Nemo mittens manum suam super ara-
trum et respiciens retro aptus est regno celorum. Qui
fortiori studio intenderat. retro conspicere con-
uincitur si relictis bonis amplioribus ad minima retor-
L.III. Aliter admonendi sunt peccatorum carnis con- quetur.
scii. atque aliter ignari. Admonendi namque sunt
peccata carnis experti ut mare saltem post naufragium
metuant et perditionis sue discrimina uel cognita perhor-
rescant. ne qui pie perpetrata mala seruati sunt. hec im-
probe repetendo moriantur. Unde peccanti anime num-
in ieremia. quamque a peccato desinenti dicitur. Frons mulieris me-
retricis facta est tibi noluisti erubescere. Admo-
nendi itaque sunt ut studeant quatenus si accep-
ta nature bona integra seruare noluerunt. saltim
scissa resarciant. Quibus nimirum necesse est ut per-
pendant in tam magno fidelium numero. quam multi et se
illibatos custodiant et alios ab errore conuertant.
Quid igitur isti dicturi sunt. si aliis in integritate
stantibus ipsi nec post dampna resipiscunt. Quid dictu-
ri sunt si cum multi et alios secum ad regnum deferunt.
hi expectanti domino nec semetipsos reducunt. Admo-
nendi sunt ut preterita amissa considerent et im-
minentia deuitent. Unde sub iudee specie per prophe-
tam dicitur. dominus corruptis in hoc mundo mentibus trans-
actas culpas ad memoriam reuocat quatenus pollu-

in futuris erubescant dicens. Fornicate sunt in egypto · in egypto
in adolescentia sua. Fornicate sunt ibi. subacta sunt
ubera eorum. et fracte sunt mamme pubertatis earum. In egypto
quippe ubera subiguntur. cum turpi huius mundi desiderio
humane mentis voluntas substernitur. In egypto pubertatis
mamme franguntur. quando naturales sensus ad
huc in semetipsis integri pulsantis concupiscentie
corruptione uiciantur. Admonendi sunt peccata carnis
experti ut uigilanti cura conspiciant post delicta nobis
ad se redeuntibus deus quanta beniuolentia sinum sue
pietatis expandat cum per prophetam dicit. Si dimiserit uir · in ieremia
uxorem suam. et illa recedens duxerit uirum alium. numquid
reuertetur ad eam ultra. Numquid non polluta et contamina
ta erit mulier illa. Tu autem fornicata es cum amatoribus
multis. tamen reuertere ad me dicit dominus. Ecce de fornicante
et relicta muliere argumentum iustitie proponitur. et tamen
nobis post lapsum redeuntibus non iustitia sed pietas exhi
betur. Ut hinc utique colligamus si nobis delinquentibus
tanta pietate parcitur. a nobis nec post delictum redeun
tibus quanta improbitate peccatur. aut que ab illo erit super
improbos uenia qui non cessat uocare post culpam. Que
nimirum bene per prophetam post delictum misericordia uocationis ex
primitur. cum auerso homini dicitur. Erunt oculi · in esaia
tui uidentes preceptorem tuum. et aures tue audient
uerbum post tergum monentis. humanum quippe genus dominus
in faciem monuit. quando in paradiso condito homini
atque in libero arbitrio stanti quod facere quodve non facere deberet

indix. Sed homo in dei faciem terga dedit. Cum superbiens eius
iussa contempsit. nec tamen superbientem deus deseruit.
quia ad reuocandum hominem legem dedit. Exhortantes
angelos misit. in carne nostrę mortalitatis apparuit.
Ergo post tergum stans nos admonuit. quia ad recuperationem
nostram etiam contemptus uocauit. Quod ergo generaliter
simul potuit dici de cunctis. hoc necesse est spe
cialiter sentiri de singulis. Quasi enim coram positus dei
quisque uerba admonitionis eius percipit. cum priusquam pecca
ta perpetret. uoluntatis eius precepta cognoscit. Adhuc
enim ante eius faciem stare est. necdum eum peccando
contempnere. Cum uero derelicto bono innocentie iniqui
tatem eligens appetit. terga iam in eius faciem mittit.
Sed ecce adhuc eum post tergum deus subsequens monet.
qui etiam post culpam ad se redire persuadet auersum reuo
cat. Commissa non respicit. reuertenti sinum pietatis
expandit. Vocem ergo post tergum monentis audimus.
si ad di ~~uitate~~ nos dominum saltim post peccata reuertimur. Debe
mus ergo pietatem uocantis erubescere si iustitiam nolu
mus formidare. Quia tanto grauiori improbitate
contempnitur. quanto et contemptus adhuc uocare
non dedignatur. At contra admonendi sunt peccata car
nis ignorantes ut tanto sollicitius precipitem ruinam me
tuant. quanto altius stant. Admonendi sunt. ut
nouerint quia quo magis loco preminentiori consistunt.
eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetuntur. qui
tanto ardentius solet erigi. quanto se robustius

conspicit uinci. tantoque intolerabilius dedignatur
uinci. quanto contra se uidet per integra infirma
carnis castra pugnari. Admonendi sunt ut in
cessanter prima suspiciant. et libenter procul dubio
temptationum quas tolerant labores calcabunt. Si enim
attenditur felicitas. quae sine transitu attingitur.
leue fit quod transeundo laboratur. Audiant quod
per prophetam dicitur. Haec dicit dominus eunuchis qui custodi
erint sabbata mea et elegerint quae uolui. et tenu
erint foedus meum dabo eis in domo mea et in mu
ris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus.
Eunuchi quippe sunt qui compressis motibus carnis
effectum in se praui operis abscidunt. Quo autem apud patrem
loco habeantur ostenditur. Quia in domo patris uidelicet
in aeterna mansione etiam filiis praeferuntur. Audiant quod
per iohannem dicitur. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati. uirgines enim sunt. qui secuntur agnum
quocumque abierit. Et qui canticum cantat quod nemo pos
sit dicere. nisi illa centum quadraginta quattuor
milia. Singulariter quippe canticum agno cantare est
cum eo in perpetuo prae cunctis fidelibus etiam de carnis incor
ruptione gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum au
dire possunt. licet dicere nequeunt. Quia per cari
tatem quidem in illorum celsitudine laetificantur. quamuis ad eorum
praemia non adsurgunt. Audiant peccatorum carnis

ignari. quia per semetipsam de hac integritate ueritas dicat.
Non omnes capiunt uerbum hoc. quod deo innotuit summum.
quia dicere negauit omnium. et dum perdicit. quia difficile capitur.
audientibus innuit. ceptum cum qua cautela teneatur.
Admonendi itaque sunt. peccata carnis ignorantes. ut
et preminere uirginitatem coniugiis sciant. et tamen se
super coniuges non extollant. quatenus dum et uir
ginitatem preferunt et se postponunt. et illud non deserant
quod esse melius existimant. et se custodiant. quos in
anitate non exaltant. Admonendi sunt ut considerent.
quia plerumque actione secularium uita confundit conti
nentium. cum et illi ultra habitum assumunt opera. et
isti iuxta ordinem proprium non excitant corda. Unde bene
per prophetam dicitur. Erubesce sydon. ait mare. Quasi
enim per uocem maris ad uerecundiam sidon adducitur. quando
per comparationem uite secularium. atque in hoc mundo
fluctuantium. eius qui munitus et quasi stabilis cernitur
uita reprobatur. Sepe enim nonnulli ad dominum post car
nis peccata redeuntes. tanto se ardentiores in bonis op
eribus exhibent. quanto dampnabiliores se de malis ui
dent. Et sepe quidam in carnis integritate perdurantes.
cum minus se respiciunt habere quod defleant. plene
sibi sufficere uite sue innocentiam putant. atque
ad feruorem spiritus nullis se ardoris stimulis inflammant.
Et fit plerumque deo gratior amore ardens uita.

post culpam. quam securitate torpens innocentia. Unde et voce iudicis dicitur. Remittuntur ei peccata multa. quia dilexit multum. Et gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente. quam super nonaginta novem iustis quibus non opus est penitentia. Quod citius ex ipso usu colligimus si nostre mentis iudicia pensemus. Plus namque terram diligimus. que post spinas exarata fructus uberes producit. quam que nullas spinas habuit sed tamen exculta flebilem segetem gignit. Admonendi sunt peccata carnis ignorantes ne superioris ordinis celsitudine se ceteris preferant. Cum ab inferioribus quanta se melius agant ignorant. In examine namque recti iudicis mutat merita cordium qualitas actionum. Quis enim consideratis ipsis rerum imaginibus nesciat. quod in natura gemmarum carbunculus prefertur hyacinto. sed tamen cerulei coloris hyacintus prefertur. pallenti carbunculo. quia et illi quod ordo nature subtrahit. species decoris adiungit. et hunc quem naturalis ordo pretulerat. coloris qualitas fedat. Sic ergo in humano genere. et quidam in meliori ordine deteriores sunt. et quidam in deteriori meliores. Quia et isti sortem extremi habitus bene vivendo transcendunt. et illi superioris loci meritum moribus non exequendo deminuunt. L III

Aliter admonendi sunt. qui peccata deplorant operum. atque aliter qui cogitationum. Admonendi qppes qpeccata

deplorant operum, ut consummata mala perfecta diluant
lamenta. Ne plus astringantur in debito perpetrati operis
quam minus soluant in fletibus satisfactionis. Scriptum quippe
est. Potum dabis nobis in lacrimis in mensura; ut uidelicet
uniuscuiusque mens tantum penitendo compunctionis
sue bibat lacrimas. quantum se a deo meminit aruisse
per culpas. Admonendi sunt ut incessanter admissa an
te oculos reducant. atque uidendo agant. ut a distric
to iudice uideri non debeant. Unde dauid
cum peteret dicens. Auerte oculos tuos a peccatis meis. Paulo
superius intulit. Delictum meum coram me est semper. Ac si di
ceret peccatum meum ne respicias postulo. quia hoc respi
cere ipse non cesso. Unde et per prophetam dominus dicit. Et pec
catorum tuorum memor non ero. Tu autem memor esto. Admone
ndi sunt ut singula queque admissa considerent. et
dum per unumquodque erroris sui inquinationem deflent. simul
se ad totos lacrimis mundent. Unde bene per Ieremiam
dicitur. Cum uideret singula delicta pensarentur diui
siones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe ex
oculis aquas deducimus. quando peccatis singulis dispertitas
lacrimas damus. neque enim uno eodemque tempore aeque
mens de omnibus dolet. sed dum nunc huius nunc illius culpe
memoria acrius tangitur. simul de omnibus in singulis
commota purgatur. Admonendi sunt ut de misericordia quam po
stulant praesumant. ne ui immoderate afflictionis intereant

intereant

Neque enim predicans ante delinquentium oculos flenda
peccata opponeret, si prius semetipsum ea districte ferire
uoluisset. Constat enim quia a suo iudicio abscondere uo
luit, quos miserando preueniens sibimetipsis iudices
fecit. Hinc enim scriptum est. Preueniamus faciem eius in con
fessione. Hinc per paulum dicitur. Si nosmetipsos di
iudicaremus non utique iudicaremur. Rursumque admonen
di sunt ut sic de spe fiduciam habeant, ne tamen incauta
securitate torpescant. Plerumque enim hostis callidus
mentem quam peccato subplantat. Cum eam sua
afflictam respicit, securitatis pestifere blanditiis se
ducit. Quod figurate exprimitur. Cum factum dine
memoratur. Scriptum quippe est. Egressa est dina ut
uideret mulieres regionis illius. Quam cum uidisset sichem
filius emor euei princeps terre illius, adamauit et ra
puit. et dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem. et con
glutinata est anima eius cum ea. Tristemque blanditiis
deliniuit. Dina quippe ut mulieres uideat extranee
regionis egreditur quando unaquaeque mens sua studia
neglegens actiones alienas curans extra habitum atque
extra ordinem proprium uagatur. Quam sichem princeps
terre opprimit. quia inuentam in curis exterioribus
diabolus corrumpit. Et conglutinata est anima eius
cum ea. quia unitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia
cum mens a culpa resipiscit. addicitur atque admissum ſc dina

flere conatur. Corruptor autem spes ad securitatem sua
eius ante oculos uocat. quatenus utilitatem tristitiae
subtrahat. Recte illic adiungitur. Tristemque blandi
tiis deliniuit. Modo enim aliorum facta grauiora. Mo
do nil esse quod perpetratum est. Modo misericordem dominum loquitur.
Modo adhuc tempus subsequens ad penitentiam pollicetur.
ut dum per haec decepta mens ducitur ab intentione penitentiae
suspendatur. Quatenus tunc nulla bona percipiat. cum
nunc mala nulla contristant. Et tunc plenius obruatur
suppliciis que nunc etiam gaudet in delictis. Atcon
tra admonendi sunt qui peccata cogitationum deflent.
ut sollicite considerent intra mentis archana. utrum
delectatione tantummodo. an etiam consensu deliquerint.
Plerumque temptatum cor et ex carnis nequitia de
lectatur. et tamen eidem nequitiae ex ratione renititur.
Ut in secreto cogitationis et contristet quod libet. et libeat
quod contristat. Nonnumquam uero ita mens baratro tempta
tionis absorbitur. ut nullatenus renitatur. Sed ex dele
ctatione sequitur hoc. Unde ex delectatione pulsatur.
Et si facultas exterior suppetat. rerum mox effectibus inte
riora uota consummat. Quod uidelicet si iusta anima
duersio districti iudicis respiciat. non est iam cogitationis
culpa sed operis. Quia et si rerum tarditas foras peccatum
distulit. intus hoc consensionis opere uoluntas impleuit. In pri
mo autem parente didicimus. quatribus modis omnis culpe

nequã ꝑpetram. Suggeſtione ſcilic(et) delectatione con-
ſenſu. Primũ itaq; ꝑ hoſtẽ ſcđm uõ ꝑ carnẽ. tertiũ ꝑ
ſpm̃ ꝑpetratur. Inſidiator enĩ ꝑ̃ua ſuggerit. caro ſe
delectationẽ ſubicit. atq; ad extremũ ſpſ uictus de-
lectatione conſentit. Unde et illic ſerpens ꝑ̃ua ſugger-
ſit. Eua autẽ quaſi caro ſe delectationi ſubdidit. Adã
uõ uelud ſpſ ſuggeſtione ac delectatione ſupat͂ aſſen-
ſit. Suggeſtione itaq; peccatũ agnoſcim̃. delectatiõe
uincim̃. Conſenſu etiã ligam̃. Admonendi ſunt ẽ q(ui)
neq(ui)tias cogitationũ deflent. ut ſollicite conſiderent.
in qua peccati menſura ceciderunt. quatenus iuxta
ruine modũ quã in ſemetipſis introrſus ſentiunt.
etiã uiſura lamentationis erigantur. Ne ſi cogitata mala
min(us) cruciant. uſq; ad ꝑpetranda opa ꝑducant. Sȝ int͂
hĩ ita terrendi ſunt. ut tam minime frangant(ur). Sepe enĩ
miſericors d(eu)s eo citius peccata cordis abluit. q(uo)d hec exire
ad opa non ꝑmittit. Et cogitata nequitia quã totius ſol-
uitur. q(ui)a effectu opis diſtrictius non ligatur. Unde
recte ꝑ pſalmiſtã d(icitu)r. Dixi ꝑnuntiabo ad(uer)ſum me iniu-
ſticias meas d(omi)no. et tu remiſiſti impietatẽ cordis mei.
Qui enĩ impietatẽ cordis ſubdidit. q(ui)a cogitationũ iniu-
ſticias ꝑnuntiare uellet indicauit. dũq; ait. Dixi
ꝑnũciabo. Atq; ilico adiunx(it). Et tu remiſiſti. quã ſup-
ſtit facilis uenia oſtendit. q(ui)a dũ ſe adhuc ꝑnuntiat(ur)
petẽ. hĩq; ſe petẽ ꝑmittebat. obtinuit. quatenus q(ui)a

usque ad opus non venerat culpa. usque ad cruciatum non
perveniret penitentia. sed cogitata afflictione tergeretur.
Quam nimirum tantummodo cogitata iniquitas inquinasset.
LIIII Aliter ammonendi sunt qui commissa plangunt. nec tamen dese
runt. Atque aliter qui deserunt nec tamen plangunt.
Ammonendi enim sunt qui commissa plangunt. nec tamen
deserunt. ut considerare sollicite sciant. quia flendo
inaniter se mundant. qui vivendo se nequiter inquinant. Cum
idcirco se lacrimis lavant. ut mundi ad sordes re
deant. Hinc enim scriptum est. Canis reversus ad vomi
tum. et sus lota in volutabro luti. Canis quippe cum vomit.
profecto cibum qui pectus deprimebat proicit. Sed cum ad
vomitum revertitur. unde levigatus fuerat rursus one
ratur. Et qui commissa plangunt. profecto nequitiam
de qua male satiati fuerant. et quae mentis intima
deprimebat. confitendo proiciunt. Quam post confessi
onem dum repetunt resumunt. Sus vero in volu
tabro luti cum lavatur sordidior redditur. Et qui admissum
plangit nec tamen deserit. poene gravioris culpe
se subicit. Quia et ipsam quam flendo impetrare po
tuit. veniam contempnit. Et quasi in lutosa
aqua semetipsum volvit. quia dum fletibus suis vite
munditiam subtrahit. ante dei oculos sordidas
ipsas etiam lacrimas facit. Hinc rursum scriptum est
Salomon Ne iteres verbum in oratione tua. Verbum namque in oratione

quod nos necesse sit flere. hinc per esaiam dicitur

lavari est. per fletum committere. Lavamini mundi estote.
Post lavacrum enim mundus esse negligit. quisquis post la
crimas vitae innocentiam non custodit. Et lavantur
ergo. et nequaquam mundi sunt. qui commissa flere
non desistunt. sed rursus flenda committunt. Hinc
per quendam sapientem dicitur. Qui baptizatur a mortuo et
iterum tangit illum. quid proficit lavatio illius? Salomon.
Baptizatur quippe a mortuo. qui mundatur fletibus a pec
cato. sed post baptisma mortuum tangit. qui culpam post lacrimas
repetit. Admonendi sunt qui commissa plangunt nec
tamen deserunt. ut ante districti iudicis oculos eis
se esse similes agnoscant. qui venientes ad faciem
quorundam hominum magna eis summissione blandiuntur.
Recedentes autem inimicitias ac dampna quae praevalent
atrociter inferunt. Quid enim est culpam flere. nisi hu
militatem deo suae devotionis ostendere. Et quid est post fle
tum prava agere nisi superbas in eum quem rogaverat ini
micitias exercere. Iacobo attestante qui ait. Quicumque
voluerit amicus esse saeculi huius inimicus dei constituitur. Admo
nendi sunt. qui commissa plangunt nec tamen deserunt.
ut sollicite considerent. quia ita plerumque mali in
utiliter compunguntur ad iustitiam. Sicut plerumque boni quod
innoxie temptantur ad culpam. Fit quippe mira exigen
tibus meritis dispositionis interne mensura. ut et
illi dum de bono aliquid agunt quod tamen non perficiunt superbe

84

in ipsa que etiam plenissime perpetrant mala confidunt.
Et isti quidem de malo temptantur, cui nequaquam consenti
unt. quo per infirmitatem titubant eo gressus cordis
ad iustitiam per humilitatem uerius figant. Balaham
quippe iustorum tabernacula respiciens ait. Moriatur
anima mea morte iustorum, et fiant nouissima mea
horum similia. Sed cum compunctionis tempus abcessit, con
tra eorum uitam quibus se similem fieri etiam moriendo poposce
rat. consilium prebuit. et cum occasionem de auaritia
repperit. illico oblitus est quicquid sibi de innocentia optauit.
Paulus uero ait. Video aliam legem in membris meis re
pugnantem legi mentis mee. et captiuum me ducentem
in lege peccati. que est in membris meis. Qui profecto
idcirco temptatur. ut in bono robustius ex ipsa infir
mitatis sue cognitione solidetur. Quid est ergo quod
ille compungitur. et tamen iustitie non appropinquat.
Iste temptatur et tamen eum culpa non inquinat. nisi liquido aperte osten
ditur. Quia nec malos bona imperfecta adiuuant. nec
bonos mala inconsummata condempnant. Et contra
admonendi sunt. qui commissa deserunt. nec tamen plangunt.
ne iam relaxatas existiment culpas. quas etsi agendo non
multiplicant. Nullis tamen fletibus mundant. Neque
enim scriptor si a scriptione cessauit. quia alia non addi
dit. etiam illa que scripserat deleuit. neque contumeliam
irrogans. si solummodo tacuerit satisfecit. Cum profecto

necesse sit ut uerba premissae superbiae ubi sub uirtute humi-
litatis inpugnet. Nec debitor absolutus est. qui alia non
multiplicat. nisi et illa quae ligauerat soluat. Ita ergo cum
delinquimus nequaquam satisfacimus. si ab iniquitate ces-
samus nisi uoluptates quoque quas dileximus e contrario
appositis lamentis insequamur. Sicut enim nulla nos in hac
uita operum culpa maculasset. nequaquam nobis hic adhuc
degentibus. ipsa ad securitatem innocentia nostra sufficeret,
quia illicita animum multa pulsarent. Qua igitur mente se-
curus est. qui pro perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis est.
quia innocens non est. Neque enim deus nostris cruciatibus pascitur
sed delictorum morbos medicamentis contrariis medetur.
ut qui uoluptatibus delectati discessimus. fletibus ama-
ricati redeamus. et qui per illicita defluendo cecidimus etiam a licitis nosmetipsos restringen-
do surgamus. Et cor quod insana leticia infuderat.
salubris tristitia excurat. et quod uulnerauerat elatio superbie
curet abiectio humilis uite. Hinc enim scriptum est.
Dixi iniquis nolite inique agere. et delinquentibus nolite
exaltare cornu. Cornu quippe delinquentes exaltant.
si nequaquam se ad penitentiam ex cognitione sue iniquitatis
humiliant. Hinc rursum dicitur. Cor contritum et humiliatum
deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit. nec tamen deserit.
cor quidem conterit. sed humiliare contempnit. Quisquis uero
peccata iam deserit nec tamen plangit. iam quidem humiliat. sed
tamen conterere recusat. Hinc paulus ait. Et haec quidem fuistis

85

[et] abluti estis sed sanctificati estis, quos nimirum illos emendatior vita sanctificat. quos per penitentiam ablutos afflictio fletuum mundat. Hinc petrus cum quosdam territos malorum suorum consideratione conspiceret. admonuit dicens. Penitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum. Dicturus enim baptisma prius misit penitentiae lamenta. ut prius se aqua suae afflictionis infunderent. et postmodum sacramento baptismatis lavarent. Qua igitur mente qui transactas culpas flere neglegunt. vivunt securi de venia. cum ipse summus pastor ecclesiae huic etiam sacramento addendam penitentiam credidit. quod peccata principaliter extinguit. LV.

Aliter ammonendi sunt qui illicita quae faciunt [etiam] laudant. atque aliter qui accusant prava nec tamen devitant. Admonendi enim sunt qui illicita quae faciunt etiam laudant. ut considerent quod plerumque plus ore quam opere delinquant. Opere namque per semetipsos solos prava perpetrant. Ore autem per tot personas iniquitatem exhibent. quot audientium mentes iniqua laudantes docent. Admonendi ergo sunt ut si eradicare mala dissimulant saltem seminare pertimescant. Admonendi sunt ut eis perditio privata sufficiat. Rursumque admonendi sunt. ut si mali esse non metuunt. erubescant saltem videri quod sunt. Plerumque enim culpa dum absconditur effugatur. quia dum mens erubescit videri quod tamen esse non metuit

erubescit quandoque esse quod fugit videri. Cum vero peccatum publice quis-
quisque impudenter innotescit, quo libentius omne facinus
perpetrat, eo etiam licitum putat; et quo licitum suspicatur,
in hoc procul dubio multiplicius mergitur. Unde scrip-
tum est: Peccatum suum sicut sodoma praedicaverunt, nec
absconderunt. Peccatum enim suum si sodoma absconde-
ret, adhuc sub timore peccaret; sed funditus frena
timoris amiserat, quae ad culpam nec tenebras require-
bat. Unde et rursum scriptum est: Clamor sodomorum
et gomorre multiplicatus est. Peccatum quippe cum voce est,
culpa in actione; peccatum vero etiam cum clamore est,
culpa cum libertate. At contra admonendi sunt qui
accusant peccata nec tamen devitant, ut provide perpe-
ndant quid in districto dei iudicio pro sua excusatione
dicturi sunt, qui de reatu suorum criminum etiam seme-
tipsis iudicibus non excusantur. Hi itaque quid aliud
quam praecones sui sunt? voces contra culpas proferunt,
et semetipsos operibus reos trahunt. Admonendi sunt
ut videant quia de occulta iam retributione iudicii
est, quod eorum mens malum quod perpetrarat illuminatur ut
videat, sed non conatur ut vincat, ut quo melius videt,
eo deterius pereat, quia et intellegentiae lumen percipit, et ac-
tionis pravae tenebras non relinquit. Nam cum acceptam ad
adiutorium scientiam neglegunt, hanc contra se in
testimonium vertunt, et de lumine intellegentiae

Nota quod gravius est peccare publice et sine timore quam occulte et cum timore

augent suplicia quod profecto acceperant, ut possint
delere peccata. Quorum nimirum nequitia cum malum
agit quod diiudicat venturum iam iudicium hic de-
gustat. Ut cum eternis supliciis servatur obnoxia,
suo hic interim examine non sit absoluta, tantoque
illic graviora tormenta percipiat, quanto hic malum non
deserit, etiam quod ipsa condempnat. Hinc veritas
dicit: Servus qui cognovit voluntatem domini sui, et
non preparavit et non fecit secundum voluntatem eius, va-
pulabit multis. Hinc psalmista ait: Descen-
dant in infernum viventes. Vivi quippe que circa se
aguntur sciunt et sentiunt, mortui autem
sentire nil possunt; mortui enim in infernum de-
scenderent, si mala nesciendo perpetrarent. Cum
vero sciunt mala et tamen faciant, ad iniquitatis
infernum viventes miseri sentientesque descendunt.
LVII Aliter admonendi sunt quos repentina concupiscentia
superat, atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur.
Admonendi sunt quippe quos repentina concupiscentia
superat, ut in bello presentis vite se cotidie positos
attendant, et cor quod providere vulnera non potest
scuto solliciti timoris tegant, ut occulta insidiantis
hostis iacula perhorrescant. Et in tam caligoso certamine
intentione continua intranitas castra se muniant.
Nam si a circumspectionis sollicitudine cor destituitur,

uulnerib; apitur. qa hoſtiſ calliduſ tanto libiuſ pec
tuſ ꝑcutit. quanto nudū a prudentie lorica dꝓhendit.
Admonendi ſunt q̄ repentina concupiſcentia ſupantᷣ
ut curare nimiſ terrena deſueſcant. qa intentione
ſuā dū reb; tranſitoriiſ inmoderatiuſ implicant. q̄b;
culpaꝝ iaculiſ tranſ figantur ignorant. Unde ꝑ
ſalomonē uox ꝑcuſſi et dormientiſ exꝓmitᷣ qa ait. Uerbe
rauīt me. & nō dolui. traxerūt me & ego nō ſenſi. qn̄
euigilabo & rurſū uina repiā. Menſ q̄ppe a cura
ſue ſollicitudiniſ dormienſ uͦbatᷣ & nō dolꝫ. qa ſicut
imminentia mala nō ꝑſpic̄. ſic nequaquā ſentit. qa
ꝑillecebraſ uitioꝝ ducitur. nec tamē ad ſui cuſtodiā
ſuſcitatᷣ. que q̄ dē uigilare optat. ut rurſū uina rep
iat. qa quāuiſ ſono torporiſ exſui cuſtodia ꝑmitᷣ.
Uigilare tamē ad curaſ ſeculi nititur. ut ſēꝑ uolꝑ
tatib; dēbriēᷣ. & cū ad illud dormiat ad quod ſollerᷣ
uigilare debuerat. Ad illud uigilare appetit. ad
quod laudabilitᷣ dormire potuiſſꝫ. Hinc rurſū ſcͤp
tū eſt. Et eriſ quaſi dormienſ in medio mari. & quaſi
ſopitᷣ gubernator amiſſo clauo. In medio enī mari
dormit q̄ in hui̇̄ mundi tēptationib; poſituſ ꝓuide
remotᷣ inruentiū uicioꝝ quaſi imminenteſ undā
daꝝ cumuloſ neglegit. & quaſi gubernator clauū
amittit. q̄ mēnſ ad regendā nauem corporiſ ſtudiū
ſollicitudiniſ ꝑdit. Clauū q̄ppe in mari amittᷣe ē.

nec q̄ ꝑpetrauerit agnoſcit, trahitur et

intentione̅ ꝑuida̅ in t̅ꝑcellas hui̅ s̅cli non tenere.
Sicut̅ gubernator clauum sollicite stringit. mo
do in fluctibus ex aduˉso nauem dirigit. modo
uentoꝝ impetus ꝑ oblicuˉ fundit. Ita cum mens uigi
lanter anima̅ regit. modo alia sup̅ans calcat. m̅
alia ꝑudens declinat. ut et p̅sentia laborando subi
ciat. et contra futura certamina ꝑspiciendo conua
lescat. Hinc rursu̅ de fortib; sup̅ne patrie bellatorib; di̅r.
unius cuiq; ensis sup femur suu̅ ꝑp̅t timores nocturnos.
Ensis enim sup femur ponit̅. qn̅ acumine s̅c̅e p̅dicationis
praua suggestio carnis edomatur; ꝑ noc̅te u̅o cecita
te n̅re infirmitatis exp̅mitur. Quia q̅cq̅d ad u̅sitatis in
nocte imminet non uidetur. Vniuscuiq; ergo
ensis sup femur suum ponitur ꝑp̅t timores nocturnos.
Quia uidelic; s̅ci uiri diu̅ ea que non uident metuuˉt,
ad intentione̅ certaminis parati s̅ep assistunt. Hinc rursu̅
sui sponse di̅r. Nasus tuus sicut turris que est in libano.
Re̅ nāq; qua̅ oculus non cernit̅. plerūq; odore ꝑui
dem̅. Quid ergo ꝑ nasu̅ eccl̅e nisi s̅coꝝ prouida di
scretio designatur. Quid etia̅ turris similis que
est in libano di̅r. q̅a discreta eoꝝ ꝑuidentia ita in alto
sita est. ut t̅ēptationuˉ certamina ex ꝑius q̅ua̅ ueniāt
uideat. et contra ea du̅ uenerit̅ munita subsistat.
Que enim futura ꝑudenter cu̅ p̅sentia fiunt. mino
ris uirtutis fiunt. Quia du̅ contra ictu̅ q̅sq; pa

nasus q̅ q̅ odor et fetores discernit̅.

ratior redditur. Hoſtis qui ſe inopinatum credidit
eo ipſo quo preuiſus eſt, eneruatur. At contra admonen
di ſunt qui culpa ex conſilio ligantur, quatenus
prouida conſideratione perpendant, quia dum mala
ex iudicio faciunt, diſtrictius contra ſe iudi
tium accendunt, ut tanto eos durior ſententia
feriat, quanto illos in culpa artius uincla de
liberationis ligant. Citius fortaſſe delicta penitendo
abluerent, ſi in his ſola precipitatione cecidiſſent.
Nam tardius peccatum ſoluitur quod ex per conſilium
ſolidatur. Niſi enim mens omnimodo eterna deſpiceret,
in culpa ex iudicio non periret. Hoc ergo precipita
tione lapſis per conſilium pereuntes differunt. Quod
cum a ſtatu iuſtitie peccatum concidunt, plerumque
ſimul et in laqueum deſperationis cadunt.
Hinc eſt quod per prophetam dominus, non tam precipita
tionum praua quam delictorum ſtudia reprehendit
dicens: Ne forte egrediatur ut ignis indigna
tio mea, et ſuccendatur, et non ſit qui extinguat,
propter malitiam ſtudiorum uirorum. Hinc iterum iratus dixit:
Viſitabo ſuper uos iuxta fructum ſtudiorum uirorum. Quia xta
igitur peccatis aliis differunt peccata que per conſilium
perpetrantur. Non tam praue facta dominus quam ſtudia
prauitatis inſequitur. In factis enim ſepe infirmi
tate, ſepe neglegentia, in ſtudiis uero malitioſa
ſemper intentione peccatur. Quo contra recte beati
uiri expreſſione per prophetam dicitur. Et in cathedra

pestilentie non sedit. cathedra quippe iudicis esse ul
presidentis solet. In cathedra autem pestilentie sedere est.
ex iudicio prava committere. In cathedra pestilentie sedere est.
et ratione mala discernere. et tamen ex deliberatione perpetrare.
quasi in perversi consilii cathedra sedet. qui tanta iniqui
tatis elatione attollitur. ut implere malum etiam per consilia co
netur. Et sicut adsistentibus turbis prelati sunt qui cathe
dre honore fulciuntur. ita delicta eorum eorum qui precipitati
one corruunt. exquisita per studium peccata transcendunt.
Admonendi ergo sunt. ut hinc colligant. qui in culpa se tantum
per consilium ligant. qua quandoque ultione feriendi sunt.
qui pravorum non socii sed principes fiunt. LVII
Aliter admonendi sunt qui licet minima crebro tamen illicita
faciunt. atque aliter qui se a parvis custodiunt. sed aliquando
in gravibus demerguntur. Admonendi sunt qui quamvis
in minimis sed tamen frequenter excedunt. ut ne
quaquam considerent qualia sed quanta committunt.
facta enim sua si despiciunt timere compensent. debent
formidare cum numerant. altos quippe gurgites fluminum
parve sed innumere replent gutte pluviarum. Et hoc agit
sentina latenter crescens quod patenter procella seviens.
Et minuta sunt que erumpunt membris per scabiem vul
nera. sed cum multitudo eorum innumerabiliter occupat.
sic vitam corporis sicut unum grave inflictum pectori
vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est. Qui modica
spernit paulatim decidit. Qui enim peccata minima flere
ac devitare negligit. a statu iustitie non quidem repente

sed partibus totus cadit. Admonendi sunt qui in minimis
frequenter excedunt. ut sollicite considerent. quia non
numquam in parva deterius quam in maiori culpa peccatur. Ma
ior enim quo citius quia sit culpa agnoscitur eo etiam cele
rius emendatur. Minor uero dum quasi nulla creditur.
eo peius quo et securius in usu retinetur. unde fit plerumque
ut mens assueta malis leuibus nec grauia perhorrescat. –
Atque ad quandam auctoritatem nequitie per culpas nutrita
perueniat. et tanto in maioribus contempnat pertimescere quanto
in minimis didicit. non timendo peccare. At contra ammo
nendi sunt. qui se a paruis custodiunt sed aliquando in gra
uibus demerguntur. ut sollicite semetipsos reprehendant.
quia dum cor eorum de custoditis minimis extollitur. ad perpe
tranda grauiora ipso elationis sue baratro deuoratur.
et dum foris sibi parua subigunt. sed per inanem gloriam intus
intumescunt. languore superbie intrinsecus uictam mentem
etiam foras per mala maiora prosternunt. Admonendi sunt
ergo qui se a paruis custodiunt. sed aliquando in grauiu
bus demerguntur. ne ubi se stare extrinsecus extimant
ibi intrinsecus cadant. et iuxta districti iudicis
retributionem elatio minoris iustitie. uia fiat ad foueam
grauioris culpe. qui in inane elati minimi boni custo enim
diam suis uiribus tribuunt. iuste derelicti culpis maioribus
obruuntur. et cadendo discunt. non fuisse proprium quod steterint. No.
et mala inmensa correprimant. quos bona minima exaltant.
Admonendi sunt ut considerent quod et in culpis grauioribus
alto reatu se obligant. et tamen plerumque in paruis que custodiunt.

deterius peccant. quia et in illis iniqua faciunt. et ipsa
se hominibus quia iniqui sunt tegunt. Unde fit.
ut cum maiora mala perpetrant. considerato aperte iniquitatis
sint. Et cum parua bona custodiunt coram hominibus; simu
late sanctitatis. Hinc est enim quod pharisaeis dicitur. liquantes
N culicem. camelum autem glutientes. Ac si aperte diceretur.
Minima mala discernitis. maiora deuoratis. Hinc
est quod rursum ore ueritatis increpantur cum audiunt.
Decimatis mentam et anetum et cyminum. et reliquistis
que grauiora sunt ~~que grauiora~~ legis. Iudicium et mi
sericordiam et fidem; neque enim neglegenter audiendum est
quod cum decimari minima diceret. extrema quidem de ole
ribus maluit. sed tamen bene olentia memorare. ut profec
to ostenderet. quia simulatores cum parua custo
diunt. odorem de se ostendere sanctae opinionis querunt.
Et quamuis implere maxima praetermittant. ea tamen minima
obseruant que humano iudicio longe lateque redoleant. lvi

Aliter admonendi sunt qui bona nec inchoant. atque
aliter qui inchoata minime consummant. Qui enim bona
nec inchoant. non sunt eis prius aedificanda que salubriter
diligant. sed destruenda ea in quibus semetipsos nequiter
uersant. neque enim secuntur que inexperta audiunt.
nisi prius quam perniciosa sint ea que sibi sunt experta
deprehendant. Quia nec leuari appetit. qui et ibi ipsum
quo cecidit nescit. Et qui dolorem uulneris non sentit
salutis remedia non requirit. Prius ergo ostendenda
sunt quam sint uana que diligunt. et tunc demum uigi

libenter intuenda quam sint utilia quae premittunt.
pudeant fugienda quae amant. et sine difficultate primo Prius
dum cognoscunt amanda esse quae fugiunt. Melius enim
incepta recipiunt si de exceptis quaeque disputationis audiunt
veritate recognoscunt. Tunc quoque pleno voto discunt
vera bona quaerere. cum certo iudicio deprehenderint
falsa se vacue tenuisse. Audiant ergo quia bona
praesentia et a delectatione citius transitura sint. et
tamen eorum causa ad ultionem sine transitu permansura.
Quia et nunc quod libet invitis in supplicium reservatur. subtrahitur et tunc quod dolet invitis
Itaque eisdem rebus terreantur salubriter quibus noxie de
lectantur. Ut dum percussa mens alta ruinae suae damna
conspiciens sese in praecipitium pervenisse deprehendit. gressum
post tergum revocet. et pertimescens quae amaverat. discat
diligere quae contempnebat. Hinc enim per Hieremiam misso
ad praedicationem dicitur. Ecce constitui te hodie super gentes et super re
gna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes. et aedifices
et plantes. Quia nisi prius prava destrueret aedificare
utiliter recta non posset. nisi ab auditorum suorum cordibus spinas
vani amoris evelleret. nimirum frustra in eis sanctae praedicationis
verba plantaret. Hinc est quod Petrus prius evertit ut postmodum con
struat. Cum nequaquam Iudaeos monebat quae facerent. sed de
his quae fecerant increpabat dicens. Iesum Nazarenum
virum approbatum a Deo in vobis virtutibus et prodigiis et signis
quae fecit per illum Deus in medio vestri sicut vos scitis.
hunc definito consilio et praescientia Dei traditum per manus iniquorum
affigentes interemistis. Quem Deus suscitavit solutis doloribus

inferni. ut videlicet crudelitatis sue cognitione destructi.
edificationem sancte predicationis quanto anxie quererent.
tanto utiliter audirent. Unde et illico responderunt. Quid
ergo faciemus viri fratres? quibus mox dicitur. Agite penitentiam
et baptizetur unusquisque vestrum. Que edificationis verba pre-
fecto contempsissent. nisi prius salubriter ruinam sue destructionis
invenissent. Hinc est quod Saulus cum superni celitus lux emissa
resplenduit. non iam quod recte deberet facere. sed quod prave fecis-
set audivit. Nam cum prostratus requireret dicens. quis es domine?
protinus responderetur. Ego sum Jesus nazarenus quem tu persequeris.
Et cum repente subiungeret. domine quid me iubes facere? illico
adiungitur. Surgens ingredere civitatem et ibi tibi dicetur.
quid te oporteat facere. Ecce de celo dominus loquens persecu-
toris sui facta corripuit. Nec tamen illico que essent facienda
monstravit. Ecce elationis eius fabrica iam tota corruerat. et
post ruinam suam humilis edificari requirebat. et cum superbia
destruitur. edificationis tamen verba retinentur.
Ut videlicet persecutor immanis diu destructus ia-
ceret. et tanto post in bonis solidius surgeret. quanto
prius funditus eversus. a pristino errore cecidisset.
Qui ergo nulla adhuc agere bona ceperunt. a ri-
giditate antea sue pravitatis correptionis
manu evertendi sunt. ut ad statum postmodum
recte operationis erigantur. Quia et idcirco
altum silve lignum succidimus. ut hoc in edificii
tegmine sublevemus. Sed tamen non repente
in fabrica ponitur. ut nimirum prius vitiosa eius

uiridias exiccetur. Cui quo plus immissus humor
excoquitur eo ad summa solidius leuatur. Contra
admonendi sunt. qui inchoata bona minime consu-
mant. ut cauta circumspectione considerent. quia
dum proposita non perficiunt etiam que fuerant cepta
conuellunt. Si enim quod uidetur gerendum sollicita in-
tentione non crescat. etiam quod fuerat bene gestum de-
crescat. In hoc quippe mundo humana anima quasi
more nauis est. contra ictum fluminis conscendentis.
uno in loco nequaquam stare permittitur. quia ad ima
relabitur nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata
bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat.
ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est. pugnat.
Hinc est enim quod per Salomonem dicitur. Qui mollis et dissolutus
est in opere suo frater est sua opera dissipantis. Quia uidelicet
qui cepta bona districte non exequitur. dissolutione
neglegentie manum destruentis imitatur. Hinc Sardis
ecclesie ab angelo dicitur. Esto uigilans et confirma
cetera que moritura erant. Non enim inuenio opera tua
plena coram deo meo. Quia igitur coram deo eius opera in-
uenta non fuerant. mortitura reliqua etiam que
erant gesta predicebat. Si enim quod mortuum in nobis
est ad uitam non accenditur hoc etiam extinguitur
quod quasi adhuc uiuum tenetur. Admonendi sunt
ut perpendant quod tolerabilius esse potuisset rectam uiam
non arripere quam arreptam pretergressum redire. Nisi
enim retro respicerent erga ceptum studium nullo

torpore languerent. Audiant ergo q̄ ſcͥptū̃ eſt.
Melius erat eis non cognoſcere uiā iuſtitie. quā p̄ cō
uerſionem retorſū̃ conuerti. Audiant qđ ſcriptū̃ eſt
utinā frigidus eſſeſ aut calidus. ſ; q̄a tepidus eſ. 7
nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore
meo. Calidus q̄ppe eſt. q̄ bona ſtudia & arripit.
& conſūmat. Frigidus uō eſt. q̄ conſūmanda nec
inchoat. & ſicut a frigore p̄ tepore transitur ad calo
re. ita a calore p̄ tepore reditur ad frigus ſub ſpe eſt.
ita p̄ frigus tepor in deſperatione. Quiſquis ergo
amiſſo infidelitatis frigore ſ; nequaquā tepore ſup
ato excreſcat ut ferueat. procul dubio calore deſperato
dū noxio in tepore demoratur agit ut frigeſcat. Sed ſicut ante
teporem frigus ſub ſpe eſt. ita p̄ frigus tepor in deſpera
tione. Qui enī adhuc in peccatis eſt. conuerſionis fidu
ciā non amittit. Qui uō p̄ conuerſionē tepuit. & ſpē
quā ee potuit de peccatore ſubtraxit. Aut calidus
ergo q̄ſquis ee aut frigidus queritur. ne tepidus euoma
tur. Ut uidelicet aut nec dū conuerſus. adhuc de ſe cō
uerſionis ſpem p̄beat. aut iā cōuerſus in uirtutib; inar
deſcat. ne euomatur tepidus q̄a a calore quē p̄po
ſuit. p̄ teporem ad noxiū frigidus redit. LVIII.
Aliter āmonendi ſunt qui mala occulte agunt 7
bona publice. atq; alit̃ qui bona que faciunt abſcondunt.
& tamē q̄bus dā factis publicis mala de ſe opinari p̄mittunt.
Admonendi enī ſunt q̄ mala occulte agunt & bona
publice. ut penſent humana iuditia quanta uelo

tate euolant. Diuina autem quanto immo-bilitate
perdurant. Admonendi sunt ut in fine rerum mentis
oculos figant. Et humane laudis attestatio preterit. et
superna sententia que abscondita penetrat. ad retributio
nem perpetuam conualescit. Qui ergo occulta mala
sua diuinis iudiciis. recta autem sua humanis oculis
anteponunt. et sine teste est bonum quod publice faciunt. et
non sine eterno teste est quod latenter delinquunt. Culpas
itaque suas occultando hominibus uirtutesque pandendo
et unde puniri debeant. absconditentes detegunt.
et unde remunerari potuerant detegentes abscon
dunt. Quos recte sepulchra dealbata. speciosa
exterius. sed mortuorum ossibus plena ueritas uocat.
quia uitiorum malum intus contegunt. humanis uero oculis
quorundam demonstratione operum de solo foris iustitie
colore blandiuntur. Admonendi itaque sunt ne que
agunt recta despiciant. sed ea meritis melioribus cre
dant. Valde namque bona sua diiudicant. qui ad eorum
mercedem sufficere. fauores humanos putant. Cum enim
pro facto opere laus transitoria queritur. aeterna retribu
tione res digna uili pretio uenundatur. De quo uide
licet percepto pretio ueritas dicit. Amen dico uobis receperunt
mercedem suam. Admonendi sunt. ut considerent quia
dum prauos se in occultis exhibent. sed tamen exempla de
se publice in bonis operibus prebent. ostendunt sequenda
que fugiunt. clamant amanda que oderunt. Ut
uiuunt postremo aliis. et sibi moriuntur. Admonendi econtra

Admonendi sunt qui bona occulte faciunt. et tamen quibusdam fac
tis publice de se mala opinari permittunt. ne cum se
metipsos actionis recte virtute vivificant. in se
alios per exemplum prave estimationis occidant. ne minus quam
se proximos diligant. et cum ipsi salubre potum
sorbeant. intentis in sui consideratione mentibus
pestiferum veneni poculum fundant. Hi nimirum
in uno proximorum vita minus adiuvant. in alio
multum gravant. dum student et recta occulte
agere. et quibusdam factis ad exemplum de se prava semina
re. Quisquis enim laudis concupiscentiam calcare iam
sufficit edificationis fraudem perpetrat. si bona que agit
occultat. et quasi iacto semine germinandi
radices subtrahit. qui hoc quod imitandum est. non
ostendit. Hinc namque in evangelio veritas dicit.
Videant opera vestra bona. et glorificent patrem vestrum qui
in celis est. Ubi illa quoque sententia promitur. que longe
aliud precepisse videatur dicens. Attendite ne iustitiam
vestram faciatis coram hominibus. ut videamini ab eis.
Quid est ergo quod opus nostrum et ita faciendum est ut non videatur.
et tamen ut debeat videri precipitur. nisi quod ea que
agimus et occultanda sunt. ne ipsi laudemur. et tamen
ostendenda sunt. ut laudem celestis patris augeamus.
Nam cum nos iustitiam nostram coram hominibus facere dominus prohiberet.
illico adiunxit. Ut videamini ab eis. Et cum rursus
videnda ab hominibus bona opera nostra preciperet. protinus sub
didit. ut glorificent patrem vestrum qui in celis est.

Qualia quidem uidenda essent et qualia non uidenda. ex
sententiarum fine monstrauit. quatenus operantis mens
opus suum et propter se uideri non quaereret. et tamen hoc propter
caelestis patris gloriam non celaret. Unde fit plerumque ut bonum
opus et in occulto sit. cum fit publice. et rursus in publico
cum agitur occulte. Qui enim in publico bono opere non suam
sed superni patris gloriam quaerit. Quod fecit abscondit quia
illum solum testem habuit. cui placere curauit. Et qui in se-
creto suo bono opere deprehendi ac laudari concupiscit.
et nullus fortasse uidit quod exhibuit. et tamen hoc coram homi-
nibus fecit. quia tot quot testes in bono opere secum duxit. hu-
manas laudes in corde requisiuit. Cum uero praua extima-
tio in quantum sine peccato ualet ab intuentium mente
non tergitur. Cunctis mala credentibus peccati exemplum culpa
propinatur. Unde et plerumque contingit ut qui neglegenter
de se mala opinari permittunt. per semetipsos
quidem nulla iniqua faciant. sed tamen per eos qui se imita-
ti fuerint multiplicius delinquant. Hinc est quod paulus
immunda quaedam sine pollutione comedentibus sed
in perfectis temptationis scandalum sua hac comestione mo-
uentibus dicit. Videte ne forte haec licentia uestra offendi-
culum fiat infirmis. Et rursum. et peribit infirmus in sua
scientia frater propter quem christus mortuus est. Sic autem peccantes
in fratres. et percutientes conscientiam eorum infirmam in christo
peccatis. Hinc est quod moyses cum diceret non male
dices surdo. protinus adiunxit. Nec coram caeco pones offe-
ndiculum. Surdo quippe maledicere est. absenti ac

non audienti derogare. Coram ceco uero offendiculum ponere est. discretam quidem rem agere. sed tamen ei qui lumen discretionem non habet: scandali occasionem praebere.

Haec sunt quae praesul animarum in praedicationis diuersitate custodiat. ut sollicitus congrua singulorum uulneribus medicamina opponat. Sed cum magni sit studii ut exorandis studiis singuli seruiatur ad singula. cum ualde laboriosum sit unumquemque de propriis sub dispensatione debitae considerationis instruere. longe tamen est laboriosius auditores innumeros ac diuersis passionibus laborantes. uno eodemque tempore uoce unius et communis exortationis admonere. Ibi quippe tanta arte uox temperanda est. ut cum diuersa sint auditorum uitia. et singulis inueniatur congrua. et tamen sibimet ipsi non sit diuersa. ut inter passiones medias uno quidem ductu transeat. sed more bicipitis gladii tumores cogitationum carnalium ex diuerso latere incidat. quatenus sic superbis praedicetur humilitas. ut tamen timidis non augeatur metus. Sic timidis infundatur auctoritas. ut tamen superbis non crescat effrenatio. sic ociosis ac torpentibus praedicetur sollicitudo boni operis. ut tamen inquietis inmoderatae licentia non augeatur actionis. Sic inquietis ponatur modus. ut tamen ociosis non fiat torpor securus. sic ab inpatientibus extingatur ira. ut tamen remissis ac lenibus non crescat negle

gentia. Sic lenes accendant ad zelum. ut tam̄
iracundis non addatur incendiū. Sic tenacib; infun
dat tribuendi largitas. ut tam̄ p̄digis effusionis frena
minime laxant. Sic p̄digis p̄dicet parcitas. ut
tam̄ tenacib; p̄ita rerū custodia non augeat. Sic
incontinentib; laudet coniugiū. ut tamen iā cō
tinentes nō reuocentur ad luxū. Sic continentib;
laudet uirginitas corporis. ut tam̄ in coniu
gibus despecta non fiat fecunditas carnis. Sic p̄
dicanda sunt bona. ne ex latē iuuentur ⁊ mala.
Sic laudanda sunt bona summa. ne desperentur
ultima. Sic nutrienda sunt ultima ne dū creduntur su
ficere nequaquā tendantur ad summa. Ergo gra
uis ē p̄dicatori labor est. in cōmunis p̄dicationis
uoce. ad occultos singulorū mot causasq; uigi
lare. & palestrarū more in diuersis lateris arte se uertē.
Multo tam̄ acriori labore fatigat. quando uni
ex contrariis uiciis furentem p̄dicare cōpellit. Ple
rūq; enī quis laete nimis conparsionis existit.
S; tam̄ eū repente aborta tristicia inmanit dep̄
mit. Curandū itaq; p̄dicatori est. quatenus
sic tergat tristicia que uenit ex tēpore. ut non auge
atur leticia que suppet ex cōparsione. & sic fre
net leticia que ex conparsione est. ut tam̄ non crescat
tristicia que uenit ex tēpore. Iste grauatur usu immo
derate p̄cipitationis. ⁊ aliq̄ndo tam̄ ab eo q̄ festine age
ndū est. eū p̄pedit subito nata formido. Ille grauat

usu inmoderate formidinis. et aliquanto tamen metu qui apparet
temeritate impellitur precipitationis. Sic itaque in istorum reprimatur
subito aborta formido ut tamen non excrescat enutrita diu
precipitatio. Sic in illo reprimatur repente aborta precipitatio. ut tamen non convalescat inpressa ex conspersione formido. Quid autem mirum si animarum medici ista custodiunt,
medici corpor. — cum tanta discretionis arte se temperant. qui non corda sed cor-
+ .Lx. — pora medentur. Plerumque enim debile corpus opprimit
languor inmanis. cui languori scilicet obviari adiutoriis
fortibus debet. sed tamen corpus debile adiutorium forte non
sustinet. Studet ergo qui medetur quatenus sic super exi-
stentem morbum subtrahat. ut nequaquam supposita cor-
poris debilitas crescat. ne fortasse languor cum vita defi-
ciat. tanta ergo adiutorium discretione componit. ut
uno eodemque tempore. et languori obviet. et debilitati. Si igitur
medicina corporis indivise adhibita fieri divisibiliter
potest. cur enim ut medicina est. quae sic operata vitio superexisten-
ti occurrit. ut etiam supposite conspersioni serviat. Cur
medicina mentis una eademque praedicatione apposita morum morbis
diviso ordine obviare non valeat. quae tanto subtilior
agitur. quanto de invisibilibus tractat. Saepe plerumque dum
duorum vitiorum languor inruit. hic levius illud fortasse
gravius premit. Et nimirum vitio recte illius sub cele-
britate subvenitur per quod festine ad interitum tenditur. et
si hoc vicina morte restringi non potest. nisi illud etiam quod exi-
stit contrarium crescat. tolerandum praedicatori est. ut
per exhortationem suam artificioso moderamine unum patiatur

creſcere. quatenus poſſit aliud auitina morte retinē.
Quod dū agit᷑. nō morbū exaggerat. ſ uulneri ſuo cū
medicamentū adhibet. ut tā fiat. ut ex q̄rendo ſalutis
congruū tēp inueniat. Sepe enī q a cibo ſe in glu
uie minime tēperans. iniq; pene ſup̄atus luxu
rie ſtimulis p̄mitur. q huī pugne metu tm̄ dū ſe p̄
abſtinentiā reſtringē nitit᷑. inanis gl̄e tēptatione fati
gat᷑. In quo nimirū uniuuitiū nullatenū extinguit᷑.
niſi aliud nutriat᷑. Que ḡ peſtis ardentius inſequenda ē.
niſi que periculoſius p̄mit. Tolerandū nāq; eſt ut p̄ur
nite abſtinentie intim arrogantia contra uiuentē
creſcat. ne eū p̄ ingluuiē auita funditᵘ luxuria extin
guat. Hinc eſt q paulus cū infirmū auditorē ſuū p̄pe
nderet aut p̄ua adhuc uelle agē. aut de actione recta
humane laudis retributione gaudere ait. Vis nō timere
poteſtatē; bonū fac. ⁊ habebis laudē ex illa. Neque ideo agenda
ſunt ut poteſtas huī mundi nulla timeat᷑. aut p hi gloria
tranſitorie laudis ſumat᷑. Sed cū infirmā mentē ad tantū
robur aſcendere nō poſſe penſaret. tut ⁊ puritatē ſimul uita
ret. ⁊ laude p̄dicator eggyl ei ammonenendo aliqd obtulit
⁊ aliqd tulit. Concedendo enī lenia ſubtrax acriora. ut q ad
deſerenda cuncta ſimul nō adſurgeret [illegible] dū iq̄dā ſuū ani
mi familiarit relinq̄e. a quodā ſuo ſine dolore toleret. L xi

Sciendū uō p̄dicatori ē. ut auditori ſui animū ultra uires
nō trahat. ne ut ita dicā dū pluſquā ualet tendit᷑ mentis corda
rūpat᷑. Alta etenī queq; ē bene multis audientibus
contegi. ⁊ uix paucis aperiri. hinc nāq; p̄ ſemet ipſā ueritas

dicit. Quis putas est fidelis dispensator et prudens. quem
constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici
mensuram. Per mensuram quippe tritici exprimitur modus
uerbi ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuitur.
extra fundatur. Hinc paulus ait. Non potui uobis loqui quasi
spiritalibus. sed quasi carnalibus. Tamquam paruulis in christo
lac uobis potum uobis dedi non escam. Hinc moyses a secreto
dei exiens. coruscantem coram populo faciem uelat quia nimirum
turbis claritatis intime arcana non indicat. Hinc per eum di-
uina uoce precipitur. ut si quis cisternam foderit siopertire neglexerit.
corruente in ea boue uel asino precium reddat. Quia ad alta
scientiae fluenta perueniens cum haec apud bruta audientium
corda non contegit. pene reus adducitur. si per uerba eius in scanda-
lum siue munda seu inmunda capiatur. Hinc ad be-
atum iob dicitur. Quis dedit gallo intellegentiam. Predicator
enim sanctus dum caliginoso hoc clamat in tempore quasi gallus cantat in
nocte cum dicit. hora est iam nos de somno surgere. et rursus.
Euigilate iusti et nolite peccare. Gallus autem profun-
dioribus horis noctis altiores edere cantus solet. Cum uero
matutinum iam tempus in proximo est. minutas ac tenues uoces
format. Quia nimirum qui recte predicat obscuris adhuc
cordibus aperta clamat. nil de occultis mysteriis indicat.
Ut tunc subtiliora quaeque de celestibus audiant cum luci
ueritatis appropinquant. Inter haec ad ea quae iam superius diximus
caritatis studio retorquemur. ut predicator quisque plus actibus
quam uocibus insonet. et bene uiuendo uestigia sequacibus
imprimat. quam loquendo quo gradiatur ostendat.

Quia et gallus iste quem pro exprimenda boni predicatoris LXV
specie in locutione sua dominus assumpsit. cum iam edere cantus
parat. prius alas excutit. et semet ipsum feriens uigi
lantiorem reddit. Quia nimirum necesse est. ut hi qui uerba
sancte predicationis mouent. prius studio bone actionis
euigilent. ne in semet ipsis torpentes opere alios
excitent uoce. Prius se per sublimia facta excutiant.
et tunc ad bene uiuendum alios sollicitos reddant.
Prius cogitationum alis semet ipsos feriant. quicquid
in se inutiliter torpet sollicita inuestigatione de
prehendant. districta animaduersione corrigant. et
tunc demum aliorum uitam loquendo componant. Prius pu
nire propria fletibus curent. et tunc que aliorum sunt punienda
denunciient. et antequam uerba exhortationis insonent.
omne quod locuturi sunt operibus clament. LXVI
Sed quia sepe dum modis omnibus congruentibus predicatio
ubertim funditur. apud semet ipsum de ostensione sui
occulta leticia loquentis animus subleuatur. ma
gna cura necesse est. ut timoris laceratione se
mordeat. ne qui aliorum uulnera medendo ad sa
lutem reuocat ipse per negligenciam sue salutis in
tumescat. Ne proximos iuuando se deserat. ne
alios erigens cadat. Nam quibusdam sepe magnitudo
uirtutis occasio perditionis fuit. Ut cum de confiden
tia uirium inordinate securi sunt per negligentiam ino
pinate morerentur. Virtus namque cum uiciis renititur.
dum quadam delectatione eius sibimet ipsi animus blan
ditur. Fitque ut bene agentis mens metum sue circum

ſpectionis abiciat · atq; i ſui c̄fidentia ſecura geſtat
cū iā torpentē ſeductor callid' omē q' bene geſſit
enumerat · eā q; quaſi p̄ ceteris p̄pollentē i tumore co-
gitationis exaltat · Vn̄ agit ut an̄ uiſti iudi-
cis oculos · fouea mētis ſit memoria uirtutis q̄
reminiſcendo q̄ geſſerat · dū ſe ap̄ ſe erigit apud
humilitatis auctorē cadit · Hinc ēnaq; ſupbienti
animę dr̄ · Q° pulchrior es deſcende · Ac ſi apte
diceret · Q̄a ex uirtutū decore te eleuas · ipſa tua
pulchritudine impelleris ut cadas · Hinc ſub ie-
ruſalē ſpecie uirtute ſupbiens anima rep̄batur
cū dr̄ · Perfecta eras i decore meo quē poſueram
ſup te · dic̄ dn̄s · Et habens fiduciā i pulchritu-
dine tua · fornicata es i noē tuo · Fiducia qp-
pe ſue pulchritudinis extollit · cū de uirtutū
meritis · leta ap̄ ſe ſecuritate glat̄ · Sed p hanc
eandē · fiduciā ad fornicationē ducit · q̄a dū
incepta · int' cogitationes ſue decipiunt
hanc maligni ſp̄s · p innumera uicia ſeducendo
corrūpunt · Notandū u° q' dr̄ · fornicata es in
noē tuo · q̄a cū reſpectū m̄s ſupni rectoris
deſerit · laudē p̄priā · p̄uatā querit · i ſibi ar-
rogare icip̄ omē bonū · q' ut largitoris p̄conio
ſeruiret · accep̄ · Opinionis ſue gl'am dilatare
deſid'at · ſatagit ut · mirabil' cunctis i noteſcat
in ſuo g° noē fornicat' · q regal' thori coniubiū
deſerens corruptori · ſp̄itui i laudis appetitu
ſubſternit · Hinc dauid ait · tradidit i captī

uirtute uirtutem eorum et pulchritudinem eorum in manus
inimici. In captiuitatem etenim uirtus et pulchritudo
in manus inimici traditur. cum decepte menti antiquus
hostis ex boni operis elatione dominatur. Que tamen uirtutis
elatio quamuis plene non superat. utcumque tamen et elec-
torum sepe animum temptat. Sed cum subleuatum destituit.
destitutum ad formidinem reuocat. hinc etenim dauid
meruit dixit. Ego dixi in mea habundantia non mouebor
in eternum. Sed quia de confidentia uirtutis intumuit pau-
lo post quid pertulit adiungit. Auertisti faciem tuam a me.
et factus sum conturbatus. Ac si aperte dicat. fortem me inter
uirtutes credidi. sed quantum infirmitatis sim derelictus
agnoui. hinc rursum dicit. Iuraui et statui custodire
iudicia iustitie tue. Sed quia ei uirium non erat manere
in custodia quam iurabat. debilitatem suam protinus turbatus
inuenit. Unde et ad precis opem repente se contulit dicens.
humiliatus sum usquequaque domine uiuifica me secundum uerbum tuum.
Non numquam uero superna moderatio prius quam per mune-
ra prouehat infirmitatis memoriam ad mentem reuocat.
ne de acceptis uirtutibus intumescat. Unde ezechiel
propheta quotiens ad contemplanda celestia ducitur prius fi-
lius hominis uocatur. Ac si hunc aperte dominus admoneat dicens.
Ne de his que uides in elatione cor subleues. caute perpende
quid es. ut cum summa penetras esse te hominem recognoscas.
quatenus dum ultra te rapis. ad temet ipsum sollicitus infirmi-
tatis tue freno reuoceris. Unde necesse est ut cum uirtutum
nobis copia blanditur. ad infirma sua mentis oculus redeat.
sese salubriter deorsum premat. Nec recta que egit sed que agere

neglex aspiciat. ut dum cor ex memoria infirmitatis at-
teritur apud humilitatis auctorem robustius in uirtute so-
lidetur. Qua et plerumque omnipotens deus iccirco rectorum mentes
quamuis ex magna perfic. imperfectas tamen ex parua
aliqua parte derelinquit. ut cum miris uirtutibus
rutilant imperfectionis sue tedio tabescant. et
nequaquam de magnis erigant cum adhuc contra
minima innitentes laborant. Sed quia extrema non
ualent uincere. de precipuis actibus non audeant
superbire. Ecce bone uir reprehensionis mee compulsus
necessitate dum monstrare qualis esse debeat pa-
stor inuigilo. pulchrum depinxi hominem pictor fedus.
aliosque ad perfectionis litus dirigo. qui adhuc in delictorum
fluctibus uersor. Sed in huius quaeso uite naufragi-
o orationis tue me tabula sustine. ut quia pondus
proprium me deprimit tui meriti manus leuet.

EXPLICIT PASTORALIS BEATI GREGORII PAPAE

.v. d. in carnibus. d. v. in pane. .vi. d. in ce[illegible]. .i[illegible]. in oleo. [illegible]
.i. d. in piscib. d. v. in pipere. d. iii. in oleo. d. a. in nucib. d. in [illegible]
d. viii. in [illegible]. d. ii. in oleo. d. vi. in pane. d. a. in [illegible]
[illegible] tria obola. d. i. in [illegible]. obolum in [illegible]. d. i. in [illegible]
d. v. i. in porris. d. ii. in [illegible]. d. v. in [illegible]. tria obola
in nucib. v. i. d. in oleo. d. iii. inter oleum et nuces. v. in oleo
tria obola in nucib. v. ii. d. [illegible]. d. iii. d. in nucib. [illegible]
d. iiii. in [illegible]. d. ii. in [illegible]. d. vi. in oleo. d. vi. in caseo. d. [illegible]
[illegible]. d. ii. in fabis. [illegible] in piscib. d. in argento. d. in [illegible]
[illegible] d. vi. in oleo. d. in fabis. [illegible] inter nuces [illegible]. d. in [illegible]
in pipere [illegible]. d. in [illegible]. d. v. in oleo. d. iii. in [illegible]. d. iii. in [illegible]
[illegible] beringerio. d. in fabis. d. in oleo. d. v. in piscib. d. [illegible]
d. ii. in piscib. d. [illegible] in nucib. d. in pipere. d. v. [illegible]
d. in fabis. d. [illegible]
d. v. in piscib. [illegible] inter [illegible]
d. [illegible] in caseo. d. in [illegible]. d. in [illegible]
[illegible] d. in fabis. d. [illegible] in piscib. d. v. in oleo. d. [illegible]
[illegible] in fabis. d. vi. in [illegible]. d. [illegible]
[illegible] d. v. in [illegible]. d. in [illegible]

Omine deuſ meuſ da
cordi meo te deſiderare.
deſiderando querere. q̄
rendo inuenire. inue
niendo amare. amando mala mea
redimere. redēpta nō iterare. Da
da domine deuſ meuſ cordi meo
penitenciā. ſp̄ui ↄtricionē. oculis
lacrimaꝝ fontem. manib; elemo
ſine largitatem. Rex meuſ ex
tingue in me deſideria carniſ. ⁊ ac
cende ignem tui amoriſ. Redemptor
meuſ repelle a me ſp̄m ſup̄bie.
⁊ concede ꝓpiciuſ theſaurum hu
militatiſ tue. Saluator meuſ amo
ue a me furorē ire. ⁊ indulge m̄
benignuſ ſcutū paciencie. Crea
tor meuſ euelle a me animi ran
corem. ⁊ largire m̄ mitiſ mentiſ
dulcedinē. Da clementiſſime pa
ter. ſolidam m̄ fidem. ſpem ↄgrua
caritatē continuam. Rector meuſ
auerte a me uanitatē. mentiſ in
conſtanciam. cordiſ uagationem.
oriſ ſcurrilitatem. oculoꝝ elationē
uentriſ ingluuiē. obprobria ꝓxi
moꝝ. ſcelera detractionū. curioſita
tiſ pruriginē. diuiciaꝝ cupidinē.
potentatuū rapinā. inaniſ glorie
appetitū. hipocriſis malum. adu
latoriſ uiciū. ↄtemptum inopū. oppſ
ſionē debiliū. auaricie ardorem. in
uidie rubiginē. blaſphemie mortē.
Reſeca in me factor meuſ temerita
tem. iniquā ꝑtinaciam. inq̄etudi
nē. ociositatē. ſompnolenciā. pigri
ciam. mentiſ hebitudinē. cordiſ ceci
tatem. ſenſuſ obſtinatōem. moꝝ tru
culenciā. boni inobediām. conſilij re
pugnatōem. lingue effrenatōem.
pauperum p̄dam. impotentiū uiolen
ciam. innocentiū calūpniam. ſubdi
toꝝ negligenciam. circa domeſticoſ
ſeueritatem. aduſuſ familiareſ īpie
tatem. erga ꝓximoſ duriciam. Deuſ
meuſ miſc̄dia mea oro ꝑ dilectum
filium tuū da m̄ miſc̄die opa. pie
tatiſ ſtudia. compati afflictiſ. ſub
uenire egeniſ. ſuccurrere miſeris.
ↄſulere erroneiſ. ↄſolari meſtoſ. re
leuare oppſſos. pauꝑes recreare. fle
bileſ refouere. dimittē debitoribuſ
parcē in me peccantib;. odienteſ
me diligere. pro maliſ bona reddē.
neminē deſpicē ſ; honorare. bonoſ
imitari. maloſ cauē. ⁊ uirtutes
amplecti. uicia reicē. in aduſis pa
cienciā. in pſp̄is ↄtinenciā. cuſtodi
am oriſ. ⁊ oſtiū circumſtancie la
biis meiſ. t'rena calcare. celeſtia ſi
tire. Ecce plaſmator meuſ multa
rogaui. cum nec pauca ꝓmerui.

Fateor heu fateor nõ ſolum que
poſtulo nõ debentᷣ dona· ſʒ multa
m̃ exquiſita ſupplicia· Animaũt
enim me publicani· meretrices· ⁊
latrones· q̃ aſtucib; hoſtis momẽ
tanee erepti· ſinib; ſuſcepiũt paſ
toris· Tu enim omnium factor deus· licet
in cunctis tuis ſis opib; mirabil'·
mirabilior tamen credens ee in uiſ
ceribus pietatis· Unde de tenero p
quendam tuũ dixiſti ſeruũ ꝯ miſe
rationes eius ſup omnia opa eius· ⁊
qui de ſingulo loquente· de uniuſo
tuo pplo te dixiſſe confidimus· Miſe
ricordiam autem meã non diſpgam
ab eo· Nullum enim ſpnis· nemi
nẽ abicis· neminẽ phorreſcis· niſi
q forte amens te exhorruerit· Ergo
m̃ iuſtus nõ peritis· ſʒ te irritã
tib; dona ſi q̃ueniunt tribuis· Deus
meus cornu ſalutis mee· ⁊ ſuſcep
tor meus· ego infelix ego te irrita
ui· ego malum coram te feci· fu
rorem tuũ puocaui· iram pme
rui· peccaui ⁊ paſſus es· deliq̃ et
adhuc ſuſtines· Si peniteo par
cis· ſi reuertor ſuſcipis· inſup dũ
differo pſtolaris· Reuocas errantẽ·
inuitas repugnantẽ· expectas tor
pentẽ· amplecteris redeuntẽ· igno
rantẽ doces· merentẽ mulces· a ru
ina ſuſcitas· poſt lapſum repas

petenti largiris· querenti inue
niris· pulſanti apis· Ecce dñe
deus ſalutis mee quid oppõnã
neſcio· quid nõ reſpondeam ig
noro· Nullum confugiũ· nullum
a te patet latibulum· Oſtendiſ
ti bene uiuendi uiam· dediſti gra
diendi ſciam· Minatus es in ge
hennam· ⁊ pollicitus paradiſi glo
riam· Nunc pat' miſericordiarũ ⁊ dẽ
totius conſolationis· confige timore
tuo carnes meas· quatinus que mi
naris metuendo euadam· ⁊ redde
m̃ leticiam ſalutaris tui· ut q̃
ſpondes diligendo pcipiam· For
titudo mea domine· firmamtũ
meũ deus refugiũ meũ ⁊ libera
tor meus· ſuggere qđ de te cogitẽ·
doce qb; te ſermonib; inuocem·
Da qb; opib; tibi placeam· Scio
namq; ſcio unũ quo placaris ⁊
aliud qđ nõ ſpnis· Eſt itaq; tibi
ſpc contribulatus ſacrificiũ ⁊ ac
ceptas cor contritũ ⁊ humiliatũ
hiſ me deus adiutor meus dita
muneribus· hiſ contra inimicum
muni ptectõib;· hec de flãmis
uiciorũ pſta refrigeriũ· hec a de
ſideriorũ paſſionibus pande pmp
refugium· Eſto dñe uirtus ſalu
tis mee· ne ſim eorũ q credunt
tempore· ⁊ temptationis recedunt tpe·

Obumbra capꝰ meū in die bel
li. ſpeſ mea in die afflictōiſ. ⁊ ſa
luſ in tp̄e tribulatōiſ. En dn̄e il
luminatio mea ⁊ saluſ mea ro
